ACOBI FRIDERICI LUDOVICI,
D. P. P. & Fac. Jurid. Adsess.

IPPLEMENTA
AD
COMPENDIUM JURIS
.A. LAUTERBACHII,

In Quibus

rima loca obscuriora explicantur, di-
æ illius Compendii editiones inter se confe-
untur & quæ propter brevitatem interdum
desiderari poterant, sub-
jiciuntur.



HALÆ MAGDEBURG.
Sumtibus ORPHANOTROPHEI.
MDCCXI.



PRÆFATIO
Ad
LECTOREM BENEVOLUM.



Ompendium juris, quod e lectionibus VVolfgang. Adami Lauterbachii, Professoris quondam primarii in Academia Tubingensi, tandem vero Ducatus VVürtenbergici Directoris, collegit Johannes Jacobus Schützius, à plurimis annis in magno pretio apud eruditos fuit. Nullam fere esse credo Academiam, in qua non celeberrimi Doctores illud prælectionibus suis illustraverint: unde

factum, ut nemo fere inter Studiosos juris etiam inveniretur, qui existimaret, se vera atque solida juris principia hausisse, nisi prælectionibus ejusmodi aliquando interfuisset. Si de causa quæris, quæ tantum libro huic pretium conciliaverit: hanc utplurimum adduci solere audivi, nimirum ex una parte brevitatem, ex altera & contrario materiæ amplitudinem juncto maximo allegatarum Legum atque Doctorum probatissimorum cumulo, quod ipsum Schützius ipse in rubro compendii innuit, quando illud brevissimis verbis quidem, sed amplissimo sensu & allegationibus universam fere materiam juris exhibere asserit. Causarum metaphysicarum Patroni hanc causam tanquam primariam addere, vel potius præmittere solent, quod dictum

com-

compendium juxta ordinem illarum causarum eleganter sit conscriptum: quod ibi reperiatur subjectum passivum, effectus, ubi, similia, vel concurrentia, & quæ sunt ejusmodi bellaria plura alia. Quod me attinet, certo mihi persvasum habeo, Lauterbachium fuisse virum non modo scientia, sed prudentia Legum quoque instructissimum; nec diffiteor, compendium, quod ex ipsius prælectionibus conscripsit Schützius, insignem complecti materiarum juridicarum farraginem, coacervationem Legum atque Doctorum cohortes; sed tamen hoc quoque circa illud compendium observandum esse censeo. Oritur ex brevitate, qua usus est Autor, sæpe admodum obscuritas, quam veterani Doctores quidem facili negotio tollere possunt,

verum Auditores, qui campum juris primum ingrediuntur, dubii hærent atque vacillant, nec omnia statim adsequi valent, quæ quidem docens plana esse sibi persvadet atque facilia. Quid ergo, si dicerem, falsum esse, quod Compendium Lauterbachianum brevitate sese commendet? Breve scilicet est, quod ad verba attinet: ast nimis prolixum, si explicationem respicias, quam brevia illa verba necessario desiderant. Homines præjudiciis immersos, aut vano fastu juridico vel quasi turgidos, non curo: sunt illi inemendabiles; alii vero, qui veritatem nudam considerant, credo, mecum fatebuntur, doctorem interdum in explicatione compendii Lauterbachiani integro horæ spatio indigere, ut Auditoribus perspicue ostendat, quæ-

nam

nam Autoris mens sit, vel esse credatur: utadeo interpretandi munus hic potius circa Autorem, quam circa leges, earumque mentem versetur. Multitudo quoque legum & Doctorum allegatorum non raro plus nocet, quam proficit. Selectus ad promovendum juris studium pertinet, non farrago; & si farrago adest, studiosus juris judicare nequit, quænam leges & quinam DD. in singulis specialibus materiis reliquis sint præferendi. De methodo causali mentem meam in præfatione ad doctrinam Pandectarum a me editam jam aperui. Mihi displicet illa: multis placet; quærunt similes labra lactucas. Forte itaque compendium, de quo loquimur, nihil magis commendavit Doctoribus & Auditoribus, quam quod Schützius Lauterbachii nomen eidem præposuerit. Quidquid vero hujus sit, delectantur eodem adhuc multi, sive quod prolixa brevitas & methodus causalis revera placeat, sive quod ab opinione antecessorum discedere nefas esse existiment: sæpe etiam a me adhuc efflagitant, ut Compendium illud iisdem prælegam; itaque cum in omnibus inservi-

re teneamur cupidæ legum juventutis desiderio: nonnulla jam a pluribus annis in chartam conjeci, quæ ad illustrationem aliquot locorum compendii Lauderbachio-Schützani inservire posse videbantur. Descripserunt ea semper Auditores mei: verum hoc nimis tædiosum esse existimabam: ergo prelo ea commisi, ut ista opera supersedere possent Auditores. Neque ergo putent veri JCti (nam de novellis hodiernis non loquor) me in eorum usum aliquid scribere voluisse; sed studiosæ juventuti solum inservire volui. Hoc denique monendum esse censeo, me ad Editionem de Anno MDCLXXXVI. in his notis semper respexisse, & cum illa nonnullas alias contulisse. Vale, benevole Lector & studiis nostris fave. Dabam in Academia Fridericiana d. X. Octobr. MDCCX.





SUPPLEMENTA
AD
LAUTERBACHIUM.
Ad
PRÆFATIONEM.



Otam fere] Dani & Sveci peculiaria sua jura habent, nec non in Hispania aliisque Regnis talia deprehenduntur. In Gallia hodie seqvuntur Codicem Ludovicianum. Et licet Scriptores Hispani aliique frequenter etiam adhuc ad Jus Romanum provocare soleant, hoc tamen in illis solummodo materiis communiter fit, in quibus jus Romanum cum æquitate naturali convenit, & in subsidium saltem, in quem finem etiam Professio juris Romani in Academia Svecica Upsaliensi instituta est. Nescio ergo, an vere dici possit, quod jus Romanum per *P. 1.*

totam fere Europam, quatenus est Romanum, observetur. In Polonia sane illud non magnam habet autoritatem. Et licet nonnulli quondam, in specie Arthur Duck *de autor. jur. civ. lib. 1. §. 2. n. 5. & 6.* eo devenerint, ut Codicem Justinianeum etiam in Aula Imperatoris Turcarum normam in decidendis controversiis esse dixerint; hanc tamen fabulam jam refutavit Dn. Pauli, Prof. Regiomontanus, *in tract. de veris juris & Jurisprudentiæ principiis p. 2. qu. 19.* Sic, quod statuit idem Duck *l. 2. c. 2. §. 18.* statum Imperii non posse condere Leges juri Romano contrarias, aperte falsum & erroneum est, cum innumeris aliis ejusdem assertionibus, quas incaute sequuntur plerique doctores.

Sensim] Occasione introductarum Academiarum Seculo XV. In illis enim Professores ex Italia adducti Jus Romanum profitebantur, quod deinde Auditores ad judicia admoti in decidendis controversiis sequebantur, vid. Conring. *de orig. juris German.* Ante seculum XV. rara vestigia juris Romani deprehenduntur in Germania, nisi quod Urbanus IIX. Papa A. 1389. Academiæ Erffortensi facultatem docendi Jus civile & canonicum concesserit, Conring. *d. tract. c. 32.* unde, puto, originem habet, quod illa Academia

mia *perantiqua* Hierana vulgo appellari soleat.

Restringuntur] v. omnino Brunneman. *ad l. 14. ff. de LL.*

Eodem die] E. nec Institutiones Digestis, neque hæc illis derogant, sed alterum ex altero est explicandum. Famosum exemplum habemus in materia Specificationis, si quis grana ex alieno frumento excusserit, ubi quæritur, an hoc pro specificatione habendum? Affirmatur in *§. 25. J. de R. D.* negatur in *l. 7. §. 7. ff. de A. R. D.* sed hic ratio & contextus ostendit, quod Tribonianus *d. l. 7. § 7.* integre non descripserit & sic erroneam assertionem Institutionibus inseruerit.

Sua fecit] Ergo *intuitu obligationis* perinde est, sive lex aliqua à Paulo, sive ab Ulpiano, sive ab alio aliquo originem suam ducat. *Ratione interpretationis* tamen ad hucc hodie multum refert, ut quis Autorem legis noscat. Sic v. g. Leges Pauli & Ulpiani sæpissime sibi contrariantur, ad quarum conciliationem utile admodum est, si quis novit, Paulum fuisse Ictum subtilissimum eumque adeo de stricto & summo jure loqui, Ulpianum vero æquitati magis addictum fuisse, qua conciliatione DD. sæpe uti solent in ejusmodi Legibus contrariantibus. P. 2.

De Legibus Pauli Raphael Fulgosius ita

ad l. 17. ff. de inoff. testam. Si bene non intellexistis textum, eum legetis ter & quater, & sonabit vobis, sic enim est mos Pauli, & si haberem eum in manibus, eum per capillos interrogarem. Iste maledictus Paulus ita obscure loquitur, ut vix possit intelligi.

Deinde etiam hic distingvendum inter ea, quæ in Corpore juris & Pandectis in specie *Leges proprie sic dictæ* sunt, & inter *definitiones, divisiones* aliaque *principia interpretandi ad Logicam pertinentia*, quæ in illis sæpius occurrunt. Leges obligant, & si sunt receptæ, ab illis recedere non licet. At definitiones & reliqua non habent vim obligandi. Inde definitio juris naturæ, quæ habetur in *pr. J. de I. N. G. & C.* recte rejicitur. Sic quoque regula interpretandi, quæ in *l. 3. ff. de Constit. Princip.* habetur, quod scilicet beneficia Principum latissime sint interpretanda, oppido erronea est & experientiæ quotidianæ adversatur. De similibus idem esto judicium.

p. 3. *Ecclesiasticis*] Quo pertinent causæ matrimoniales, quæ in Consistoriis propterea tractantur. Sed tamen nec in his causis per omnia jus Canonicum sequimur, v. g. non agnoscimus consangvinitatem spiritualem: non habemus prohibitionem matrimonii in linea collaterali

usque

usque ad 4. gradum; concedimus divortia quoad ipsum vinculum, &c.

Conscientarum] v. g. quod b. f. per integrum tempus usucapionis requiratur: quod contractus juramento confirmatus simpliciter sit servandus, de quo dicemus infra *ad tit. de jurejur.*

Gratianus] Fuit spurius, ut & duo ejusdem Fratres, Lombardus & Petrus Comestor. Omnes tres tamen fuerunt Viri doctissimi, scilicet pro conditione illorum temporum, vid. de illis Arthur. Duck *de autor. jur. civ. l. 1. c. 5. §. 13. in fin.*

Ad LIB. I. TIT. I.

De Justitia & Jure.

N*On pertinent*] Quoniam interpretatio Authentica & usualis non ex regulis artis petitur, sed ex ipsis Legislatoris declaratione, & observantia hactenus recepta desumitur. Interim species interpretationis variæ ita connectuntur: Interpretatio vel est *Grammatica*, (quæ hujus loci iterum non est) vel *Logica*. Hæc vel *Authentica*, vel *Usualis*, vel *doctrinalis*. Doctrinalis iterum vel *declarativa*, quæ terminos artis explicat, v. g. quid in jure nomine tigni, tritici, fundi, &c. veniat; vel *extensiva*, (ubi Regula: ubi eadem ra- P. 4.

 tio,

tio, ibi eadem Legis dispositio.) vel *restrictiva*, (ubi regula: Cessante ratione, cessat Legis dispositio.)

P. 5. *Voluntque*] Hæc definitio est philosophica, non Juridica, Juridice enim Justitia nihil aliud est, quam conformatio *externa* actionum subditorum cum voluntate Legislatoris.

Finis Jurisprudentiæ] Imo particularis potius. Finis adæquatus alicujus disciplinæ est, qui per media obtineri potest; at vero remedia coactiva, quibus utitur Magistratus, nunquam virtutem producere possunt.

Honesta] Sed hæc est petitio principii, quænam natura sint honesta. Ergo melius dicitur, quod jus naturæ præcipiat ea, quæ pacem & socialitatem promovent, prohibeat autem, quæ eandem turbant. Hæc enim, quod turpia sint, cuivis Gentili demonstrari potest.

P. 6. *Sua natura*] Imo nullæ actiones sua natura & abstrahendo à Lege sunt turpes, aut honestæ, sed indifferentes, & turpitudo demum ex intentione agentis contra Legem directa oritur.

Integram] Id est, ut puto, ad externam & internam. Recte quidem ita, sed tamen in foro juridico externam solam consideramus, internam ad forum Theologicum remittentes.

Non obligat] Quod jus Cæremoniale & forense Judæorum sublata Rep. eorum non potuerit subsistere amplius, nec in aliis Rebuspubl. commode introduci, eleganter demonstravit Pufendorff, *de habitu Relig. ad Remp.* §. 10. *seqq.*

Jus Gentium] de hoc mentem meam aperui in *usu pract. distinct. h. t. dist.* 6. & 7.

Addendo] v. g. quod in stipulatione verba solennia requirantur.

Detrahendo] v. g. quod nudum pactum non producat actionem: quod fœmina non obligetur ex fidejussione, filiifamilias ex mutuo, &c. Penitus tamen mutare Leges civiles jus naturæ non possunt, v. g. quod nullum pactum servari, aut nemo ex fidejussione, vel mutuo obligatus esse debeat, &c.

Extranei.] Nisi (1.) *quatenus sunt innostra Rep.* & sic subditi temporarii, ut Grotius loquitur. Inde Extraneus in nostra Rep. delinquens juxta nostras Leges punitur, & qui contrahit, vel testamentum condit apud nos, solennitates nostras adhibere tenetur, *l. 6. ff. de Evict.* (2.) *quatenus aliquas res possident in nostra Rep.* tunc enim respectu illius rei Legibus loci, ubi res sita est, v. g. in ferendis tributis aliisque oneribus, se conformare tenentur.

LIB. I. TIT. II.
De Origine juris.

P. 7. *Conscripsit*] Hæ LL. Regiæ desuetudine abolitæ sunt, postquam Reges ob stuprum Lucretiæ à Tarquinio illatum A. U. C. 244. Autore L. Junio Bruto expulsi, Dion. Halicarn. *l. 2. antiquit.* Livius *l. 1. Cap. 57. seqq.*

Acceperit] A Græcis. Mittebantur enim tres Viri in Græciam A. U. C. 300. jussi, inclitas Leges Solonis describere & aliarum Græciæ civitatum instituta, mores, juraque noscere, qui per biennium abfuerunt, Liv. *lib. 3. c. 31.*

Formulæ] quibus in Litis contestatione, in jus vocatione aliisque negotiis utebantur, v. omnino Gothofred. *ad rubr. C. de formul. & impetr. act. sublat.*

A Populo] Interrogante Consule: Velitis, jubeatis, Quirites? Si placebat lex, respondebat populus: *Uti rogas*. Si displicebat: *Antiquo*. Huc pertinet L. Julia, L. Cornelia, L. Pompeja &c.

Plebiscita] Hæc jam ante LL. XII. Tabb. facta, sed deinde demum vim legis acceperunt, Liv. *lib. 3. c. 55.* ut scilicet Patres iis etiam obligarentur.

SCta] Sub imperatoribus hæc facta sunt,

sunt, quamdiu scilicet illi ab initio Imperium Monarchicum dissimulabant.

Lege Regia.] Per quam Imperium in Augustum translatum & sic status democraticus in Monarchicum mutatus.

Conf. quoad hanc materiam omnino Beier, *in posit. ff. h. t.* qui fusissime eam pertractat.

LIB. I. TIT. III.

De Legibus, SCtis & longa consvetudine.

Ut Scriptum] Ita dicitur, licet non sit scriptum. Scriptura enim non requiritur ad essentiam Legis scriptæ. Ne autem quis putet, hic subesse contradictionem, sciendum est, in moralibus nunquam fere dari propositiones simpliciter universales, sed eas pro talibus haberi, quæ utplurimum & communiter procedunt. Communiter vero Leges ab expressa Principis Voluntate proficiscentes per scripturam promulgantur, quia scriptura est medium aptissimum, per quod Lex ad notitiam subditorum pervenire potest. P. 8.

Non requiritur] Hæc assertio illo unico casu saltem procedit, si non adsuit ca-

 sus,

ſus, ad quem Lex applicari poſſet. Alias vero aperte falſa eſt & contra quotidianam praxin impingit, quicquid etiam diſputent Theoretici.

Attenditur] Si v. g. lex de ſolennitatibus ſolum diſponit, ut in teſtamento, ſtipulatione, vel ſi lex terminos annales conſtituit, ut in præſcriptione, fatalibus Proceſſuum, &c. Alias vero omnes regulæ interpretandi ex ratione Legis deſumuntur.

Sæpe accidentes] Non peccat Princeps, qui etiam de caſibus rariſſimis Leges promulgat, ſed agit ſaltem contra regulas prudentiæ. Hæc duo E. regulæ ſcil. juſtitiæ & prudentiæ probe ſunt ab invicem ſeparanda.

P. 9. *Probata*] Hoc intuitu E. eſt facti, poſtquam autem probata, eſt juris, v. *Uſum pract. diſtinct. h. t. Diſt. I.*

LIB. I. TIT. IV.

De Conſtitutionibus Principum.

QUare in ff. titulus de Legibus a titulo de Conſtitutionibus Principum ſeparetur, dixi in *Uſ. Diſt. h. t. Diſt. 2.*

Reſcripta] Quid in effectu interſit inter

ter Rescripta & Decreta, vid. *d. l. Dist. I.*

Odiosa] Per odiosa juxta sensum Juris Romani intelliguntur poenæ singulares, prout Germani dicunt, man müsse ein Exempel statuiren / vid. §. 6. *J. de J. N. G. & C. l. 1. §. 2. ff. h. t.* ibi: *vel si quam pœnam irrogavit.* Exemplum est in *l. 8. in f. ff. de his, qui sui vel alien. jur.* de Umbricia Matrona in quinquennium relegata.

Personalia] Melioris doctrinæ gratia & ad omnem confusionem vitandam notari meretur differentia inter *Privilegium personale* & *jus singulare*. Scilicet *Privilegium personale* conceditur a quolibet Principe diversis temporibus certis individuis, v. g. immunitas a vectigalibus, tributis, &c. Et hoc nunquam ad heredes transit. *Jus singulare* vero in corpore juris habetur & certo alicui ordini competit, v. g. omnibus minoribus, fœminis, Uxoribus, filiisfam. Nobilibus, &c. Et hoc communiter ad heredes transit, paucis casibus exceptis, v. g. in beneficio Competentiæ. Hoc posterius a nonnullis vocatur *privilegium in Corpore juris* clausum. Autor noster illa duo aperte confundit. P. 10.

Transmittitur] Eatenus concedi potest, quod commodum privilegii personalis proprie sic dictum ad heredes trans-

transmittatur, si v. g. Princeps defuncto annuatim certam pecuniæ summam promisit, ea autem intra aliquot annos non est soluta, tunc enim heredes residuum petere poterunt.

Latissime] Hæc regula est aperte falsa, *v. supra annot. ad præfat. voc. sua fecit.* Unde & DD. eam ipsi limitant, quod non procedat in eo casu, si de Regalium concessione agatur, vid. Brunnemann. *ad l. 3. h. t. n. 6.* Exempla sunt passim obvia in materia Jurisdictionis, Venationis, &c. Nemo enim in dubio multum donasse censetur & sic neque Princeps. Non obstat *L. un. C. si liber. imp. soc. sine hered. decess.* ubi disponitur, quod si Princeps duobus aliquid donavit, & alter ex iis sine herede decessit, portio defuncti alteri donatario cedere debeat; ibi enim adest ipsa dispositio Legislatoris, vel, prout loquuntur, interpretatio *authentica*, nos autem loquimur de *doctrinali*, quid nempe tali Lege deficiente juris sit. Fuse hanc materiam pertradat illustr. Thomasius in *Disp. de interpret. benefic. Principis*, add. *Colleg. nostr. feudal. Disp. III. Thes. XLII. seqq.*

LIB. I. TIT. V.

De Statu Hominum.

F*iunt*] Vel per captivitatem, vel per nativitatem, vel per spontaneam venditionem. Dantur quidem juxta Aristotelem etiam servi *natura*, i. e. homines stupidi & qui judicio destituuntur, res suas administrandi, sed illi huc non pertinent, quia licet ipsis interdum Curator detur, propterea tamen ab eo dominio non subjiciuntur. P. 12.

Repugnet] Ex quo adparet falsitas hypotheseos, ac si Turca captivus per susceptum baptismum ipso jure liber fiat, quam hypothesin refutavit Dn. Thomasius *in pecul. disp. de quaest.: An Mancipia Turcica per Baptismum manumittantur?* & B. Stryk *Intereff. controv. c. 2. §. 12.*

Romana] Consistebant in jure patriae potestatis, testandi, dignitates adipiscendi, commercia exercendi, &c.

Dignitatu] De hac materia egi plenius in *Usu pract. distinct. h. c. dist. I.* P. 13.

Electionem habet] v. g. si vult matrimonium inire, aut in feudo & fideicommisso familiae succedere, &c.

Differt] Sic e. g. nihil est vendendum ex rebus ad ventrem spectantibus, nisi

e. g.

e. g. adsint res, quæ servando servari non possunt, aut urgens æs alienum.

P. 14. *Adsit vel desit*] v. g. si quis cum sex digitis, aut cum quatuor saltem, vel paucioribus nascatur. Hoc vocatur *Ostentum*, & sic opponitur *Portento* s. *monstro*, v. *Us. pract. dist. h. t. dist. 7.*

LIB. I. TIT. VI.

De His, qui sui vel alieni juris sunt.

Potestas] Hæc potestas ut & illa, quam Dominus in servos habet, duo comprehendit, jus *dirigendi* & *acquirendi*, & vocatur potestas *in sensu juris Romani stricto*. A qua differt potestas *in sensu politico* accepta, quæ solum *jus dirigendi* involvit, qualem habet Tutor in pupillum, Præceptor in discipulum, Maritus in Uxorem &c. quæ hujus loci non est nec fictionem unitatis personarum admittit, quia tales personæ plerumque omnes contractus inter se celebrare possunt.

P. 15. *Purgationis*] Quod præcipue etiam ad illum casum pertinet, si maritus suspicionem de uxore foveat, quod alium ante nuptias admiserit & sic partus sit adulterinus.

Imma-

Immaturi] v. g. absque cute, aut ungvibus.

Regulariter] Casum admodum notabilem huc pertinentem refert Gothofred. *ad Nov. 39. c. 2. §. 1.*

Aliis causis] v. g. si alicui injunctum, daß er binnen Monathsfrist Beweiß führen / oder seine Exceptiones einbringen / oder die Appellation introduciren solle / &c.

Adulterini] Adde Incestuosos. Quamvis vero tunc non vocetur legitimatio, sed *dispensatio super macula natalium*, aut *super illegitimis natalibus*, in effectu tamen unum idemque est, v. *Us. dist. h. t. dist. 4.* P. 16.

Vindicat] Hæc formula loquendi in cit. *L. 1. §. 2. ff. de R. V.* respicit vetus dominium Parentum in liberos, quod hodie cessat & sic etiam rei vindicatio non amplius adest.

LIB. I. TIT. VII.

De Adoptione &c.

AGnatorum] Nec Adoptantis, nec adoptandi, quia nec horum, nec illorum interest. Quemadmodum enim per testamentum excludi potuissent: ita quoque per arrogationem. P. 17.

Causa cognita] Utrum scilicet spes gene-

generationis & procreandæ sobolis deficiat, annon.

Habens] Cui provisum jam est modo ordinario, ille non opus habet, ut ad extraordinarium remedium recurrat.

Impubes] Hic enim ante pubertatem consentire nequit, & ergo si antea moritur, adoptio perfectionem nondum est consecuta, & per consequens Pater adoptans exinde emolumentum percipere nequit.

P.18. *Sangvinis*] E. a fideicommisso familiæ & jure retractus ob consangvinitatem competente arcentur, nec possunt in sepulchris familiæ sepeliri, &c.

Ab Extraneo] Vocatur hæc *minus plena & imperfecta*, v. *Uʃ. dist. h. t. dist.* 2. ubi etiam *dist.* 3. de differentia inter filium *adoptivum* & *alumnum* agitur.

Unio Prolium] Quæ fieri potest præcedente causæ cognitione, an scil liberi, utriusque novi conjugis numero sint æquales, & si hoc, an etiam æqualia bona habeant, ne quis ex liberis lædatur. Et ex hac causa etiam Cognatorum & Tutorum consensus adhiberi debet, ut dicant, quid ipsis videatur. Cæterum hæc unio prolium non tribuit patriam potestatem.

Dignitate] Apud Romanos senatoris, apud nos in Rebuspubl. Monarchi-

cis,

cis, si quis Consiliarius Principis evadit.

Diminuuntur] Olim cum injuriis & alapis, *Nov. 81. in prefat.* v. Huber. *digress. P. 1. l. 1. c. 4. §. 4.*

LIB. I. TIT. VIII.
De Rerum divisione.

I*N re*] Hoc in *Dominio* & *servitute* non ex nuda conventione, sed demum ex accedente traditione, vel patientia oritur: in *possessione* ex apprehensione: in *hereditate* vero & *hypotheca* immediate ex Legis dispositione provenit, quod ipsum quoque in Legato & donatione mortis causa obtinet. Interim possessio non tribuit jus, sed proprie loquendo solummodo præsumptio juris exinde oritur, aut, si jus dicere velis, illud saltem est momentaneum, quamdiu scilicet alter contrarium in petitorio non probavit. P. 19.

Ceterum controversia de numero specierum juris in re, ubi v. g. nonnulli unam saltem statuunt eamque Dominium dicunt, mere theoretica est, quia in effectu unum idemque est, utrum v. g. dicas, dominium hereditatis, aut jus hereditarium, &c.

Parentum] Parentes & Legati sunt quidem sancti, sed non sunt res sanctæ, P. 20.

 unde

unde minus accurate huc referuntur.

Mare] Hoc & littora maris sunt in commercio Principum, quatenus hi alios per potentiam suam ab eorum usu arcere possunt, unde jure occupationis ad ipsos spectant. Sic Rex Daniæ dominium des Sundes / Angli des Canals / Veneti des Golfo di Venetia sibi vindicant, & Dux Venetorum quotannis mare sibi despondet per injectionem annuli in die Ascensionis Christi. Vastum Oceanum tamen excipio, quippe qui integer occupari nequit, quia inexhaustam præbet utilitatem.

LIB. I. TIT. IX.
De Jurisdictione.

P. 23. ORdinariam] Huc pertinent omnes actus, qui sine nota contradictionis à persona Judicis separari nequeunt, v. gr. citare, mandare, testes examinare, sententiam ferre, &c. Ad extraordinariam referebantur actus voluntariæ jurisdictionis.

Absque Judice] Vid. *tit. ff. de Extraord. cognit.*

P.24. *Propriam*] quam scil. quis à Principe ipso habet. Mandata ergo est, quæ ab inferiore Magistratu alteri iterum commit-

mittitur, qualem Jurisdictionem habent Justitiarii, qui à Nobilibus, vel etiam à Præfectis, qui integras Præfecturas conduxerunt, constituuntur. Quamvis in iis locis, ubi Rustici sunt homines proprii, ejusmodi constitutio raro fiat, quia nobiles ibi, perinde ut Dominus in familia sua, causas obvenientes sine strepitu forensi communiter decidunt.

Accessoria] Sic v. g. si de re principali vigore Commissionis judicant, etiam de fructibus & expensis judicare poterunt. Vel, quibus ocularis inspectio commissa, illi etiam testes examinant, qui loci controversi notitiam habent. Ast, si Commissariis examen testium demandatum, unus vero ex litigantibus alteri in termino Commissionis juramentum super aliquo puncto deferre velit, hoc extra limites commissionis est. P. 15.

De Clericorum] Hoc ex principio Pontificiorum provenit, quippe apud quos Clerus contra doctrinam Christi & Apostolorum potestati seculari se in totum subtraxit; quæ doctrina perversa apud Protestantes non attenditur.

Judicis taciturnitas] Illius scilicet, cujus jurisdictio prorogatur, ut apparet ex tit. l. 2. §. 1. ff. de judic. P. ib.

Generis] Sic v. g. Senatus oppidanus habet jurisdictionem *eandem* in cives

B 2 suos,

ſuos, ergo etiam alii, qui non ſunt cives, in ejusmodi cauſis *civilibus* ejus jurisdictionem prorogare poſſunt. Sed quid ſi Senatus ſuper cauſis *feudalibus*, *matrimonialibus*, *foreſtalibus* cognoſcere vellet? Hæ diverſi generis ſunt & ſic prorogatio locum non habet. Sic Nobilis quidam inveſtitus eſt de ſola jurisdictione *civili*, quæritur, an prorogatio in cauſa *criminali* locum inveniat? Neg. quia cauſæ criminales ſunt diverſi generis.

De re ad rem] Id eſt, Judex, qui usque ad certam ſolummodo ſummam (v. g. ad 50. thal.) judicare juſſus eſt, etiam de re majori (v. g. 100. thal.) judicare poteſt, ſi inter litigatores conveniat, *l. 74. §. 1. ff. de judic.*

Ad Perſonam] Sic Conſiliarius quidam intimus ſe Magiſtratui oppidano ſubjicere poteſt ejusque jurisdictionem prorogare.

Ad Locum] Ut v. g. Senatus Lipſienſis Halæ de cauſa aliqua jus dicat.

Revocat] Pro Autoris ſententia facit, (1.) quod Judex ille, cui prorogans alias ſubjectus, ex prorogatione damnum ſentiat, quia Sportulæ ipſi ſubtrahuntur, & (2.) quod alter Judex, cujus jurisdictio prorogatur, exinde occaſionem deſumat, perſonas prorogantes ordinario ſuo Judici ſenſim plane ſubtrahendi, poteſt

est enim actus possessorios allegare & sic ad minimum in summarissimo obtinet, in quo de qualitate actuum non disputatur. Quamvis vero hæ rationes non sint contemnendæ, nihilominus tamen in praxi notorium est, quod quilibet foro suo renunciare possit.

In Consistoriis] Ex erronea hypothesi, ac si Princeps duas personas repræsentet, unam Principis in secularibus, alteram Episcopi in spiritualibus, f. Ecclesiasticis. Genuina Politica juri divino conformis docet, nulli clerico & sic nec Episcopis competere jurisdictionem, sed saltem munus docendi, unde etiam non opus est, ut Princeps Episcopi Personam induat, si in ecclesiasticis jurisdictionem exercere velit.

Personalem] In hac mulcta à delinquente soluta non pertinet ad Officialem, sed ad superiorem f. Principem, cui propterea rationes reddendæ. In patrimoniali autem eandem retinetis, qui jurisdictionem exercet. P.27.

Aliis modis] v. g. si Patibulum ante pagum, vel urbem reperiatur, vel rota, cui olim cadaver delinquentis impositum fuit. Idem est, wenn annoch Brand-Pfähle zu sehen / daran vordem Hexen verbrant worden. Jurisdictio etiam exinde probatur, si Antecessorum nomi-

na in campanis deprehendantur, &c.

P. 28. *Utile tantum*] Non ex principiis juris Romani præcise, quia nec Prætorem, nec Edicta, nec pœnam 500. aureorum amplius habemus; sed ex principiis generalibus, quod in quavis Rep. subditus, qui aliquid in contumeliam Domini admittit, puniri debeat.

LIB. II. TIT. II.

Quod quisque juris in alterum &c.

Hic titulus adversus Prætorum iniquitatem directus est. Quilibet enim Prætor sibi jus promulgandi Edicta arrogabat, quæ Edicta revera Leges erant. Si ergò Prætor tale Edictum in casu aliquo speciali in alterius injuriam condiderat ab altera parte corruptus; tunc ille Prætor finito officio suo, quod annuum saltem erat, in casu simili obveniente juxta idem Edictum judicabatur. Nostris Magistratibus jus proponendi Edicta plane non competit, & si nihilominus tale quid sibi arrogent, apud Principem recte conqueritur is, qui hac ratione damnum patitur. Unde hic titulus severa malum usum habet. Quæ enim de

de jure Retorsionis communiter adferunt DD. ea non pertinent ad jus iniquum. Quemadmodum enim quilibet Princeps in suo territorio Leges sine iniquitate & pro lubitu ferre, ita quoque alter contra ejus subditos tale jus retorquere potest, si in alterius territorio quid petant, idque iterum ex æquitate.

LIB. II. TIT. IV.

De in Jus vocando.

D*Enunciatio*] Ab ipso Actore & sic mera autoritate privata suscepta. P. 29.

Tutorio] Si scilicet *Actor*, v. g. Libertus, *est Tutor* & Patronum *nomine pupilli* in jus vocat.

Vid. tamen] Hic est casus inversus, *si Reus*, v. g. Patronus, *est Tutor*, & Libertus eum tanquam Tutorem *nomine proprio* in jus vocat. Ex quo sequitur, Libertum nomine proprio Patronum numquam in jus vocare potuisse, sive Patronus, ut Patronus, sive ut Tutor conveniatur; bene tamen, si *nomine alieno* agit Libertus Actor.

Citatio] Hæc olim a Prætore fiebat, postquam Reus jam in jure, (id est, in loco, ubi Prætor jus dicebat) comparuerat. P. 30.

Realis] De his distinctionibus conf. *Usum pract. dist. h. t.*

Clara voce] Datur etiam Citatio publica, quæ clara voce fit, qualis modus citandi intuitu militum, qui stationem deseruerunt, adhuc in usu est.

Affigitur] Si janua clausa & nemo ex domesticis adest, cui citatio insinuari possit.

Speciem] Hæc verba obscura exemplis illustrata sunt in *Us. dist. h. t. dist. 4.* quibus adde, quod Cancellaria Feudalis, forestalis, &c. omnes subditos immediate citare possit, licet alius, v. g. Nobilis, jurisdictionem civilem in eos exerceat.

Contrarium] v. g. Lipsiæ, ubi curia suprema cives nonnisi requisito prius senatu citat. Alia exempla v. in der Einleit. zum Civil-Proceß. *Cap. X.* §. *XIV.*

Additum sit]. Item si quis citetur sub pœna recogniti, confessi & convicti, &c.

P. 31. *Post lit. contestat*] Hodie secus, prout praxis docet, & quia hodie Procurator per L. C. non fit dominus litis, ut de jure Romano, v. *Doctr. ff. de Procurat.* §. *XXI.*

P. 30. *Singulorum*] E. non sufficit, si citentur Mevius und Consorten / vel sämbtliche Interessenten / sämbtliche Erben / quæ formula nec intuitu Actorum sufficit, quoniam

niam deinde in ipsa adhuc executione dubium oriri posset, quinam sint illi consortes, vel coheredes? Postquam tamen nomina ab initio Processus sigillatim expressa, tunc in subsequentibus supplicatis & Decretis dicta formula adhiberi potest.

Ordinarii] Commissarii E. ædes illas in specie designare debent, in quibus Commissio expedienda.

Præventionem] Si scilicet duo sunt Judices, qui concurrentem habent jurisdictionem. Sic v. g Si actio realis instituenda, tunc electionem habeo, an eandem in foro rei sitæ, vel domicilii rei instituere velim. Quod si vero eam semel in foro rei sitæ institui & Citatio Reo insinuata est & reus citatus contumaciter non emansit, ad forum domicilii recurrere non possum, sed præventio adest. Idem obtinet intuitu Cameræ imperialis & Judicii Aulici, nec non fori contractus & domicilii.

LIB. II. TIT. VII.
Ne quis eum &c.

E*Ximeus*] Quamvis enim Actor æstimationem litis ab eximente jam sit consecutus, hæc tamen pœna solum est, P. 33.

 quare

quare non tollitur rei persecutio. Hæ duæ enim actiones non tendunt ad idem, & sic una alteram non tollit.

LIB. II. TIT. VIII.

Qui satisd. cog.

P. 34. *Voluntariam*] V. c. In contractu mutui, emtionis pro pretio, locationis pro mercede, &c. Hæc statim ab initio contractus exigenda, post celebratum enim contractum ea amplius ab invito debitore exigi nequit.

Necessariam] Talem præstat Usufructuarius, & hæc exigi potest ab eo invito, licet res usufructuaria jam tradita fuerit. Pertinet huc etiam cautio a Tutore præstanda, item ab herede, si Legatum conditionale relictum, *v. tit. ff. Ut Legat. nom. cav.*

Judicialem] e. g. Pro reconventione & expensis, de judicio sisti, &c.

Extrajudicialem] Ut in Contractibus.

De nostris] Tunc Judex arbitrari debet, in quantum probabiliter condemnandus sit Reus.

Illustres] Hi non minus ut alii hodie cautionem fidejussoribus, aut pignoribus præstare tenentur.

Pretiosas] v. g. Bibliothecas, vel tabernas instructas, &c. P. 35.

Reus] Quia scilicet Judex pedaneus non habebat jurisdictionem, E. per cautionem adigendus erat Reus, ut coram illo Judice compareret. Si enim non comparebat, cautio commissa erat.

In Criminalibus] Hic distingvendum. Si de cautione *judicatum solvi* quaestio est, cautio nunquam admittitur, nisi tale delictum adsit, quod pecuniariam saltem, aut talem poenam meretur, quae facile in pecuniariam converti potest, e.g. carceris, relegationis, alias enim executio in persona fidejussoris locum non invenirct. Si vero de cautione *de judicio sisti* quaeritur, iterum distingve. Aut inquisitus jam aufugit & salvum conductum petit oblata hac cautione, & tunc illa simpliciter acceptatur, quia alias inquisitus plane non rediret. Aut vero inquisitus est incarceratus, tunc oblata licet cautione non dimittitur, nisi iterum delictum levius sit, quod poenam corporis afflictivam non meretur, aut in atrocioribus indicia admodum sint remota.

LIB. II. TIT. X.

De eo, per quem factum &c.

PErvenerit] Sed quomodo per exemtionem aliquid ad heredes pervenire potest? P. 36.

poteſt? Finge, Reum regreſſum ſuum inſtruere potuiſſe contra eximentem, a quo jam liberatur eximens ejusque heredes, ſi Reus in termino præfixo litem non eſt conteſtatus & ſic forte Actor propterea actionem ſuam per præſcriptionem amiſit, *v. l. 3. pr. ff. h. t. verb. valuti ſi Reus.* Præſcriptio enim per ſolum in jus vocationem olim non interrumpebatur, ſed demum per litis conteſtationem.

LIB. II. TIT. IX.

Si quis Caut. in judic.

Non ſiat] Id eſt ad ſenſum juris Romani, ſi Reus coram Judice pedaneo, prout promiſerat, non comparеat.

Legitima] Vulgo Ehehafften / qualia ſunt, quoties ex circumſtantiis apparet, emanentem nec in dolo, nec in culpa eſſe.

Relinquuntur] Judex autem ſecundum Regulam modo adlatam arbitratur. Interim ſciendum eſt, quod Reus, ſi impedimentum perpetuum ſit, v. g. in Valetudinario, ſe amplius excuſare non poſſit, ſed per Procuratorem comparere tenetur, quia alias jus Actoris per indirectum interverteret.

LIB.

LIB. II. TIT. XII.
De Feriis & Dilat.

F*Eriæ*] Ita dictæ a feriendis, i. e. cædendis animalibus, quæ olim immolabant Diis fuis gentiles. Vocantur etiam dies *nefaſti*, quibus Prætor verba folennia, DO, DICO, ADDICO, non fabatur, quibus opponuntur dies *faſti*.

Indifferentibus] v. g. quando quæritur, an aliquis fit majorennis, in ufucapionibus, &c.

Judicialibus] Unde explicandum vulgatum illud: Tota dies pro Citato militat. Unde fi ante horam 6, (in Saxonia ante 4.) adhuc comparet citatus, a pœna contumaciæ liberatur.

Sacra] Ita dicuntur non a caufa efficiente, feu Autore, quia & Princeps facras ferias conftituit, fed a fine, cultu fcilicet divino.

Honoraria] Sic v. g. in Anglia folenniter celebratur ille dies, quo confpiratio P 37. adverfus Parlamentum fuit detecta, da einige Münche das Parlament durch Pulver in die Lufft fprengen wolten: Viennæ dies, quo Urbs ab obfidione Turcarum liberata: In Provinciis Reg. Borusfiæ fubjectis dies coronationis &c.

Repen-

Repetitione] v. g. ob victoriam reportatam aliasque res prospere gestas.

p. 38. *Probri*] v. g. Si Reus sit ex alia Provincia ob connexitatem causæ citatus, in qua forsan dies pœnitentialis eo tempore celebratur.

Invita] Aliud E. in volente, quia Lex permissiva solum adest, cui renunciari potest. Intuitu autem feriarum divinarum Lex est prohibitiva.

Unus] E. nec Judæus citari potest die Saturni f. Sabbathi.

Liberalibus] Quando quæstio status libertatis ventilatur.

Prorogatio] De differentia prorogationis & dilationis, quodque ea in praxi cesset, *v. uf. pract. dift. b. t. dift. VII.*

LIB. II. TIT. XIII.
De Edendo.

p. 39. D*Efignatio*] Quæ olim fiebat, quando Actor Reum ad album Prætoris adducebat, ibique formulam agendi ipsi monstrabat.

Solenni forma] Quo pertinent omnes illæ clausulæ, quas Autor deinde adducit, quæ tamen absque nullitate etiam omitti possunt, quia sufficit, si modo factum recte narratum & petitum rite formatum.

Sylle-

Syllogismum] Non tamen formalem. Sed narratio ita comparata esse debet; ut exinde Syllogismus facili negotio fieri possit. Vocant alias Syllogismum materialem.

Proximam] De hac materia plene egi *diss. 5. b. 1.* p. 40.

Generali allegatione] Id est jure, s. propositione majore. Unde revera superflua est illa formula: Ob wol in allen Gött- und weltlichen Rechten versehen / quæ tamen communiter adhibetur. Curia enim jam novit Leges.

Salutares] Vocantur Herba betonica Libellorum, prout clausula codicillaris testamentorum. Saxones eam ita efferunt: Uber welches alles und was sonst noch hätte gebethen werden sollen / können / oder mögen / wolle mein Nobil. Dn. Judicis officium pro jure & justitia largissime administranda omni meliori modo implorirt haben. p. 41.

Mutari] *Mutatio* Libelli vocatur, quando ipse medius terminus s. caussa petendi mutatur, v. g. egi antea ex empto, nunc vero ex mutuo; vel antea ex dominio, nunc ex jure pignoris, &c. *Emendatio* autem est, quando summæ petitæ aliquid additur, vel detrahitur, vel quando prius res solum petita, sed nunc quoq; expensæ, fructus aut interesse, &c. Hæc semper fieri

fieri poteſt, quia tunc nova L. C. opus non eſt, & ſic prius judicium manet.

Univerſalis] Ubi petitur, Beklagten zu edirung eines Inventarii oder eydlichen Specification anzuhalten.

In caſu l. 2.] Propter *laeſionem enormem.* Idem in actione *noxali* & *ſi quadrupes* obtinet.

P. 42. *Contrarietas*] V. g. ſi inſtituam interdictum uti poſſidetis & tamen dicam, me de poſſeſſione dejectum eſſe.

Ex officio] Talem libellum dentibus lacerandum eſſe dicunt Practici. Conſiliarius quidam canem ſemper ſecum in locum judicii adducens eo nomine reprehenſus, lepide reſpondebat: Se canem propterea adducere, ut loco ipſius ineptos libellos laceret.

Tollit] Scilicet, quæ ad idem tendunt. Sic contra furem *ratione rei reſtitutionis* competit condictio furtiva & rei vindicatio: contra commodatarium, depoſitarium, conductorem, actio commodati, depoſiti, locati, & ſemper ſimul rei vindicatio. Sed utraque ad idem, rem ſc. conſequendam, tendit, E. una alteram tollit, & ſic una ex illis eligenda. Aliud, ſi contra furem condictionem furtivam ad rei reſtitutionem & actionem furti ad duplum, vel quadruplum inſtituam,

tuam. Hæ enim tendunt ad diversa & sic cumulari possunt.

Contrariæ] V. g. Interdictum uti possideris, tanquam retinendæ possessionis, & rei vindicatio.

Præjudiciales] V. g. Ago ex testamento. Objicitur: Testatorem non fuisse hominem liberum, vel civem, vel patremfamilias. Hic petitio hereditatis tamdiu suspenditur, donec constiterit, Testatorem in tali statu fuisse, in quo testari potuerit.

Edere jubetur] V. g. Instrumenta hereditaria, si coheres contra coheredem agit. P. 45.

Replicatione] V. g. Convenio te ex mutuo: opponis Exceptionem solutionis & provocas ad apocham, quam in manibus habes: Replico, illam apocham summam plane diversam concernere, ad quod probandum illius editionem urgeo.

Tertius]. Id est, qui non est in Processu.

Propria] v. g. Si rescisco, Cajum penes se habere illa instrumenta, ex quibus investituram de feudo meo antecessoribus meis factam probare possum &c.

Ejus gratia] v. g. Si Notarius publicus super contractu inter me & Titium celebrato instrumentum confecit & deinde illud edere recusat.

Argentarii] Erant homines publica auctori-

toritate ad id constitui, ut pecuniam fœnori darent & aliis pecuniam fœnerari volentibus operam darent, Frantzk. *ad h. t. n. 18.* Struv. *S. I. C. Exerc. 5. th. 44.*

Sine clausula] Si hisce Mandatis non pareat tertius, certa mulcta iis infertur & ob continuatam contumaciam ea quoque exigitur.

LIB. II. TIT. XIV.

De Pactis.

Iuris Civilis] v. g. Stipulatio, ubi verba solennia: contractus nominati reales & innominati, in quibus præter consensum adhuc rei traditio requiritur. Jure Gentium autem solus consensus sufficit. Et notandum, quod Autor m h. tit. vocabulum pacti tam late communiter accipiat, ut conventionis synonymum sit & sic contractus quoque sub se comprehendat.

P. 44. *Non debitum*] Quia contractus pignoris separatam naturam à contractu mutui habet. Et illo tanquam accessorio cessante, principalis, mutuum scil. nihilominus subsistere potest.

Reale] Si simpliciter dico: Remitto tibi hoc debitum, vel dono tibi hanc rem &c.

Nudum] Exempla sunt in pactis, quæ præ-

præcedebant contractus nominatos reales & innominatos omnes.

Nominatam actionem] Quale nomen contractus, tale etiam actio habet. Sic ex commodato, deposito, emto, actio commodati, depositi, emti oritur, & sic in reliquis. P. 49.

Proprio nomine] Specifico scilicet & determinato. Habent enim contractus innominati nomen circumscriptivum, v. g. do ut des, do ut facias, &c. Actio quoque exinde oriens non est nominata, sed *præscriptis verbis* dicitur.

Ficta] Ubi interdum nullum plane illius, qui obligatur, factum intercedit, v. g. in eo, cujus negotia geruntur.

Officium Judicis] Scil. pedanei. Unde in emtione vend. usuras pretii tardius soluti adjudicabat, licet nullæ promissæ, quod secus in mutuo. Hodie Judices pedaneos non habemus & sic illa distinctio usum amplius non præstat.

Stricti juris] Tales erant omnes unilaterales. Bonæ fidei autem bilaterales. Ex hic non tam ad verba, quam potius ad rationem §. 28. & 29. J. de act. respiciendum. Autor tamen & nonnulli verbis horum §§. stricte inhærent, sed contra rationem interpretandi.

Externa] v. g. ne evictio, aut culpa levis præstetur in emtione, &c. P. 46.

Naturalem] v. g. ex pacto nudo. Pactum posterius tollit prius.

P. 47. *Ipso jure*] Id est, jure etiam stricto & subtili veteri.

Civilem] v. g. ex stipulatu.

Ope exceptionis] Quam Prætor ex æquitate dabat. Secundum jus subtile & strictum enim obligatio ex stipulatione per contrariam stipulationem, s. acceptilationem tolli debuisset. Interim in effectu nihil interest, utrum aliquid tollatur ipso jure, an ope exceptionis, hæc enim differentia ad historiam solummodo pertinet.

Replicationis] Si scil. debitum per pactum prius remissum, deinde autem per novum pactum promissum. Agis ergo de debito. Excipio, te remisisse debitum. Replicas, novum pactum adesse.

Dicuntur] v. g. Si remitto pignus, injurias mihi illatas, servitutem, &c.

Causa] Ergo non sufficit, si dicam: Ich bin ihm am untergeschriebenen Dato 100. Rth. schuldig geworden / sed addendum, welche er mir vorgestrecket / vel, wegen rückständigen Pacht / oder Kauffgeldes. Semiplene tamen nihilominus probat instrumentum absque causa debendi, ut sic hanc uno saltem teste probari opus sit.

Filiusfam.] Cum tertio scilicet, non cum Patre; ob unitatem personæ.

P. 48. *Spe*] v. g. fructus nascituri.

Non

Non possunt] Ut Hippocentaurus, quod exemplum JCtis Romanis frequens est.

Commercium] Ut res sacræ, sanctæ & religiosæ.

Promittuntur] Sic Judæo olim non poterat promitti mancipium Christianum, nec privato purpura.

Prohibita] Ut res litigiosa. Idem in fideicommisso familiæ ob prohibitionem testatoris.

Habeat] Nisi simul ille tertius hereditatem emtori per pactum promiserit, tunc enim ab eo recedere nequit. P. 49.

Relinquunt] Hæc descriptio obscura est. Melius dicitur, facta nuda esse, quando faciens non simul rem aliquam in alterum transfert, sed solummodo membra sua applicat, v. g. quando faber lignarius, aut murarius domum exstruit.

Causam bonorum] Sive quando faciens per factum suum simul rem aliquam in alterum transfert, v. g. quando quis tradit, restituit, solvit, numerat. Factum non-nudum, quia rei translationem conjunctam habet, dicitur alias res, f obligatio ad rem, quando vero factum simpliciter nominatur, factum nudum intelligitur.

Donec] Elegans exemplum est in *l. 41. §. 4. ff. de fideic. libert.* ibi: *quoad* (i. e. donec) *rationes retulerint.* P. 50.

Junctis] v.g. Cajus ducta in uxorem Mevia heres esto.

Tacite insunt] v.g. Omne, quod primo anno post mortem meam in vinea mea natum erit, Cajo do,lego. Ubi conditio tacite inest: *Si aliquid natum fuerit.* Sed quisnam est effectus quæstionis: utrum hæc sit vera conditio, annon? Exferit ille se in ultimis voluntatibus. Ponamus enim Legatarium mortuum esse, antequam constiterit, an aliquid in vinea sit nasciturum, annon, quæritur, an Legatarii heredes fructus post mortem Legatarii natos nihilominus consequantur? Si vera subesset conditio, nihil consequerentur, conditio enim in ultimis voluntatibus præcise existere debet vivo eo, cui est adscripta. At, quia non est revera conditio, Legatarii heredes omnes fructus natos percipiunt.

Conferunt] Si v.g. eo tempore, quo testator testamentum condit, rumor advenit, Gallos esse profligatos, unde Testator ita dicit: Si Galli sunt profligati, Titius heres esto. Condito hoc testamento statim decedit Testator, decedit etiam brevi post Titius, antequam certitudinem rumoris nancifcitur. Postea confirmatur nuncium, Gallos scil. esse profligatos, quæritur: an Titii heredes adhuc capiant Legatum? Si vera subesset conditio, non

non caperent, quia certitudinem vivo Titio non accepimus. Aft, quia non est conditio, hinc capiunt heredes. Res enim *in se* tempore mortis Titii jam fuit certa, & ratione *notitia nostra* saltem incerta.

Viviant] Uterque enim jocatus esse censetur, quia uterque fuit præsens.

Non adjecta] Testator enim non præsumitur jocari, id est, non debet jocari, quia alter non est præsens & contradicere nequit.

Mixta] Ut partim quid detur, & partim fiat. P. 51.

Mixta dicitur] Hæc species conditionis in ff. non reperitur, sed in Codice & quidem in *cit. l. un §. 7. C. de caduc. toll.* demum inventa est, sine causa tamen, quia omnis potestativa simul etiam a casu dependet.

Resolutiva] In effectu inter conditionem resolutivam & suspensivam hoc interest, quod scilicet, si conditione suspensiva pendente res tradatur illaque ante conditionis existentiam pereat, periculum ad venditorem spectet: in conditione resolutiva autem ad emtorem.

In Legatis] Hæc verba non sunt referenda ad immediate præcedentia, quia & in Legatis conditio existens retrotrahitur & sic ex præsenti vires accipit; Sed

 perti-

pertinent ad regulam ante datam, quod spes obligationis in promissione conditionali etiam ad heredes transeat.

P. 52. *Non suspendat*] v. g. Si intra Kalendas cœlum digito non tetigerit, *l. 8. in f. ff. de V. O.*

Ex die] v. g. post annos tres dabo.

Ad diem] v. g. ad tres annos dabo.

Adventurus] v. g. Dabo, cum morietur Titius.

Exstiturus sit] v. g. Dabo, quando Titius consul eligetur.

An extiturus] v. g. cum Titius pubes factus erit.

P. 53. *Necessariam*] v. Aut. p. 50. ibique not. Reliqua huc pertinentia v. in *inst. pract. dist. tit. de cond. & demonstr.*

LIB. II. TIT. XV.

De Transactionibus.

Dato] Cum statim traditur aliquid pro redimenda vexa. *Promisso*, quando traditio deinde fieri debet. *Retento*, quando alteri relinquitur, quod ab eo exigi poterat.

Diversi generis] v. g. Processus de bonis allodialibus & feudalibus: ex jure in re & ad rem. ex contractu & ex delicto.

Pacto] Si quid pro redimenda vexa promittitur absque stipulatione.

Iane-

Innominato] Si traditio rei promissæ statim accedit, sunt enim contractus innominati teales.

Aquiliana] v.g. Prætendebat alter 100. thal. ex vendito. Hæc obligatio ex contractu consensuali transfundebatur in contractum verbalem per Aquilianam stipulationem, hoc modo: Eos 100. thal. quos prætendo ex vendito, promittisne eos ex stipulatu? Resp. alter: Promitto, *v. §. 2. J. quib. mod. toll. oblig.* Postquam hoc factum erat, sequebatur Acceptilatio: Visne eos 100. thal. datis 50. acceptos ferre? Resp. alter: Acceptos feram. Et sic compositum erat negotium per transactionem.

Re feudali]- Adest enim hic alienatio necessaria. Et verba textus *2. F. 26. §. si Vasallus* ibi: *nec quòd accepit transactionis nomine*, clare ostendunt, transactionem validam esse, licet non tendat ad feudi conservationem, sed illud in alterum transferatur. Si enim Vasallus transigendo feudum retinet, nulla plane dubitandi ratio adest, quo minus illa fieri possit. P. 54.

Cognitus] Ratio est, quia res in continenti certa fieri potest, quæ proinde reputatur, ac si jam certa sit. Transactio autem requirit rem dubiam.

Valet] Pactum enim super re etiam certa fieri potest.

P. 55. *Accesserit*] Hoc erroneum, quia juramentum contra Legis prohibitionem non valet.

Gratu remitti] Et hoc erroneum, quia & per talem remissionem alimentarius ad inopiam redigi potest.

Pœnam incidat] Talionis scilicet, ad quam se sub initium accusationis inscribere debebat, *v. tit. de accus. & inscript.*

Repertorum] Aliud est, si tale instrumentum reperiatur, ex quo *alia plane & nova petendi causa* oriatur, v. g. transegi super testamento, deinde autem codicillus reperitur, in quo mihi aliquid legatum. Sicut enim res judicata non obstat, si quid ex alia causa petitur, ita nec transactio.

P. 56. *Errorem*] Hoc in *l. 20. C. h. t. & l. un. C. de err. calc.* non habetur, imo *l. 29. C. h. t.* expresse contrarium dicit. Alias enim & propter instrumenta noviter reperta transactio rescinderetur, quia & per illa error detegitur, quod tamen ante negabat Autor. Imo nulla transactio valeret, quia ob rem dubiam una pars semper errat.

Læsionem] Quia tempore transactionis res certa non adfuit, sed transigentes rem quasi aleæ commiserunt. Tunc autem ex *l. 2. C. de resc. vend.* agi nequit.

LIB.

LIB. III. TIT. I.

De Postulando.

Postulare] Olim proprie erat Judicem pedaneum à Prætore petere, Beyer *posit. 1. h. t.*

Fœminæ] Causam prohibitionis dedit Carfania improbissima fœmina inverecunde postulans, *l. 1. §. 5. ff. h. t.* Camillus Borellus apud Struv. *S. I. C. Ex. 7. th. 14.* hanc addit rationem, ne dum fœmina apud Judices postularet, ipsos muliebribus astibus, vel forma corrumperet; sed hac ratione admissa ne quidem in propria causa postulare posset, quod ipsi tamen permissum. P. 57.

Cæci] Ratio in *l. 1. §. 5. ff. h. t.* hæc redditur, quia cœcus insignia Magistratus videre & revereri non potest. Sed quia hodie Prætores in foro sedentes non habemus, illa etiam prohibitio cessat. Ceterum de insignibus multa habet Gothofr. *in not. ad d. §. 5.*

Pretrahane] Vid. disp. nostr. de Jureconsulto sine Lege loquente. P. 58.

Nihil promissum] Quamvis enim alias nihil peti queat ex contractu mandati, si nihil certum determinatum, quia res potest redigi ad minimam quantitatem; hoc tamen fallit in illis Mandatariis, qui aliquam

quam artem publice profitentur & exinde victum suum quærunt, quales sunt Advocati.

P. 60. *Constitui*] Alicubi scilicet, v. g. hic Halæ. Alias processus pauperum inter Advocatos præcipue juniores distribuuntur, ne unus solum onus illud ferre teneatur.

LIB. III. TIT. II.
De his, qui notantur infamia.

P. 61. N*Aturaliter vel civiliter*] i. e. vel contra jus naturæ, vel contra Leges civiles.

Lata culpa] Hæc enim dolo solum comparatur, si de restitutione privati interesse agatur, non autem, si de pœna publica, v. *l. 32. ff. depos. l. 7. ff. ad L. Corn. de sicar.*

Legis notatio] Quæ toties adest, quoties delictum aliquod gravius committitur, propter quod criminalis inquisitio a Judice institui solet.

Non sunt] Scilicet in his casibus non adest infamia juris, bene tamen facti.

Immediate] i. e. non expectata Judicis sententia, quod in omni delicto ita notorio fit, ut nulla excusationis causa adsit, Struv. *Jurispr. R. G. l. 1. tit. 13. aph. 7.*

P. 62. *Depositi*] Hi quatuor contractus propterea infamant, quia in socium, mandatarium,

tarium, tutorem & depositarium nemo eligitur, nisi quem pro amico nostro reputamus ejusque fidei speciali nos resque nostras committimus, quod in reliquis contractibus ita non fit. Gravius ergo quid est, si amicus nos fallit, quam si extraneus.

Contraria] Hæc propterea non infamat, quia ratio modo adducta cessat. Depositarius enim, mandatarius, &c. deponentis, mandantis, &c. fidem non elegit.

Proprio nomine] Hodie sententia in & extra Saxoniam semper in Principalem dirigitur, & sic illa observatio hodie est inutilis. Quamvis enim Saxones in initio sententiæ mentionem faciant des Anwalds/ ipsa tamen condemnatio in principalem dirigitur.

A Tutela] Infamia saltem removet a muneribus, quæ dignitatem & salarium annexum habent. E. removet a commodis, non ab incommodis. Quodcunque enim in odium alicujus introductum, non debet in ejus favorem detorqueri.

Arbitraria] Quo pertinent crimina, quæ sub *tit. de extraord. crimin. & seqq.* recensentur, v. g. crimen receptatorum, effractorum, stellionatus, &c. v. omnino Carpz. *Prax. crim. qu. 135. n. 57. seqq.* & Brunnem. *ad l. 3. C. ex quib. caus. infam. irrogat.* ubi recenset casus, si propter iram, etc. P. 63.

tem, justum dolorem, & similia, loco pœnæ capitalis arbitraria, relegationis scilicet imponitur.

Sua natura] v. g. propter furtum, incestum, &c. v. iterum Brunnem. *d. l. &* Carpzov.

Gravior] Notabile exemplum est in *l. 2. in f. ff. de his, qui sui vel alien. jur*, de Umbricia Matrona in quinquennium relegata, quod ex leviusculis causis ancillas durius tractasset.

In Contractibus] Quatuor scilicet illis, mandati, depositi, tutelæ & pro socio.

Defendat] Quod prout antea dictum, hodie non observatur, quia sententia in Principalem apud nos concipitur.

Non reservat] Quia reservatio est contra Legis dispositionem.

Gradus] Prout scil. factum gravius est, vel non, propter quod honesti viri male de aliquo sentiunt.

Exempla] Huc pertinent prodigi, ebriosi, filii immorigeri, exheredati, qui alios in contractibus (exceptis quatuor ante adductis) dolose decipiunt, decoctores, concubinæ, &c. Quando scilicet delictum ita non est comparatum, ut propterea Judex statim *inquirere* soleat, sed est delictum levius. Ceterum hæc sunt notanda: Infamia *juris* ex facto semel perpetrato oritur, infamia *facti* non nisi ex pluribus continuatis. Infa-

Infamia *juris* removet ab honoribus *susceptis*, *facti* arcet a suscipiendis, v. *l. 2. C. de dignit.*

LIB. III. TIT. III.
De Procuratoribus & Defensoribus.

P*Rocurator*] Differt ab Advocato, quod hic ea, quæ ad jus pertinent, solum respiciat, v. g. scripta conficiat, vel oretenus etiam causæ fundamenta deducat; Procurator autem labores corporis præcipue expediat, v. g. observat fatalia, Advocatum monet, ut in tempore scripta necessaria conficiat: confecta Judici exhibet, sollicitat decretum illudque Partibus transmittit &c. In multis tamen locis hodie officium Advocati & Procuratoris in una persona concurrit, *v. Us. dist. h. 2. dist. 3.* ubi & reliquæ distinctiones in Autore occurrentes explicantur. P. 64.

Ibi] Scilicet jure civili. P. 65.

Rei] Et in specie in causis criminalibus, in civilibus hoc vocabulum fere insuetatum.

Tenentur] Hodie praxis notorie contrarium observat.

Gerichtsstab] In aliquibus Saxoniæ Judiciis,

Procu-

Procuratoru] Minus rectè ergo dicitur: Er wolle Zeigern dieses hiedurch Vollmacht auffgetragen haben.

Requiritur] Præcipue in Saxonia. Unde licet quis ex principiis Juris cognoscat multa inutilia & superflua inesse mandatis, tamen nihilominus ex regulis prudentiæ ad evitandum strepitum Causidicorum adhibere tenetur.

P. 66. *Receptitiorum*] Quomodo ratione dotalium & paraphernalium maritus processum expediat & quo nomine, de eo v. *Uſ. pract. diſt. tit. de jure Dotium Diſt. IV. p. 150.*

Conſortes] v. g. Plures coheredes, socii, plures Tutores, &c.

Poſt ſententiam] Imo etiam in Legibus ab Autore allegatis de illa distinctione nihil habetur, an post sententiam, utrum vero ante illam accedat ratihabitio. Ergo eò solum respiciendum, an accesserit illa, antequam ab adversa parte exceptio nullitatis ob defectum mandati opposita fuit.

P. 67. *Negotiorum*] Dominos *negotiorum* vocat Autor, qui administrationem & simul jus percipiendi fructus ex re administrata habent, ut Pater, Episcopus, &c. A quibus differunt Domini *ipſius rei*, i. e. ipsi proprietarii, qui præter jus percipiendi fructus etiam dominium habent, & deni-

que

que domini *litis*, qui directionem Processus habent, ut Procuratores post *L. C.* olim.

Tutores] Hi enim ex administratione fructus non percipiunt & sic non sunt tales domini negotiorum, ut Pater & Episcopus.

Actorem] Qui tamen in effectu idem potest, quod Procurator. Omnia enim hæc ex mera subtilitate juris Romani proficiscuntur.

Minores] Hodie ad annos non præcise respicitur, sed solum ad habilitatem & prudentiam. Decuriones etiam, f. Senatores, imo & ipsi Consules apud nos Procuratores esse possunt, quia officium Procuratorum apud nos est honorabile. *P. 63.*

Rei criminum] Hic non est quæstio: an Rei Procuratorem *constituere* possint, sed an ipsi Procuratores *esse*, vel *constitui* possint? Quod negatur in *l. 6. C. h. t.* quæ intelligenda de eo casu, si Reus jam convictus, v. Gothofred. *ad d. l. verb. si ejus crimen suspensum.* Add. *l. 21 ff. de accusat.*

Extendi potest] Apud Romanos enim executio contra Procuratorem decernebatur, quod saltem in causis pecuniariis fieri poterat, in quibus regressus Procuratori adversus Principalem patebat.

Dare] Quia Accusator se ad similitudinem supplicii inscribere tenebatur; at ve-

 ro &

ro & tunc executio contra Procuratorem decerni non potuisset.

Observatur] Quia illa inscriptio hodie cessat.

Matrimonialibus] Solet enim interdum copulatio statim fieri. At hæc in persona Procuratoris iterum non habet locum.

P. 69. *Dominum*] Litis scil. non rei, nec negotiorum, *v. not. ad p. 67.* Hodie secus.

Acquirit] Obligatio enim & actio directa ossibus Procuratoris inhæret, quippe qui per L. C. quasi contraxit. Inutilis subtilitas.

Rem suam] Casus hic est: Titius Cajo cedit actionem ex mutuo 100. thal. concernentem, Cajus actionem ex jure cesso instituit contra Sejum, debitorem cessum. Sejus reconventionem ex capite L. Aquiliæ, vel alio, contra cedentem Titium se habere dicit. Quæritur: an Cajus cessionarius & Procurator in rem suam Titium hoc nomine defendere & ad reconventionem respondere teneatur? Aff. Si Titius ipsi actionem donavit, Neg. si pro pretio eam Cajus comparavit, nisi non ex b. f. fecerit, v.g. si sibi cedi curaverit actionem ad vexandum debitorem cessum.

Contradicat] Talis contradictio hodie notorie non attenditur, quia Procurator non amplius sit dominus litis.

Integra] Id est, in judicialibus, modo

lis

lis nondum sit contestata. Hodie secus, ut notoria praxis testatur.

Hodie] Hoc erroneum. Rec. Imperii allegatus disponit, quod mandata nomine heredum simul concipi debeant, E. si hoc non factum, sine dubio adhuc reassumtione, aut novo heredum mandato opus est. p. 78.

Defensor.] Differt à *negotiorum gestore*, quod hic extra judicium, defensor autem in judicio interveniat. A *Procuratore*, quod hic mandatum habeat, defensor non. A *Quasi Procuratore*, quod hic intercedat pro personis conjunctis, defensor etiam pro plane extraneis. A *falso Procuratore*, quod hic facile habere possit mandatum Principalis præsentis, defensor non, quippe cujus principalis absens est.

Strictissima] Alias enim & Rei Procurator, licet mandatum habeat, defensor dicitur in lata significatione.

Cavere debet] Si enim res actori adjudicetur & tamen absens deinde gestum ratihabere nolit, res adjudicata victori facile iterum auferri posset, quod secus in personali. Et sic Actor majus interesse habet.

LIB. III. TIT. IV.

Quod cujusque Universitatis nomine.

M*ystica*] Alias dicuntur morales & ficte, quando plures personæ physicæ ad unum finem sunt unitæ.

P.71. *In solidum*] Patet hoc ex indole rei, quia plures Syndici propter multitudinem negotiorum constituuntur, ut eo melius illa expediri possint. At vero hoc fieri non posset, si semper conjunctim præsentes esse deberent, conf. Schilter. *Exerc. 10. th. 50. seqq.*

Probent] Nisi Syndicatus sit officium ordinarium, ut in Syndicis civitatum, qui in singulis causis probatione non onerandi. Aliud si Collegium opificum, rusticorum, &c. Syndicum constituat.

Culpa] Levi scilicet, hæc enim à Mandatario solum etiam requiritur, ut suo loco ostendemus.

LIB. III. TIT. V.

De Negotiis gestis.

P.72. I*Ntanumis*] Licet eventus non sequatur, de quo post in Autore.

Mortuo Domino] Quia mandato Domini

mini non suscepit negotium, E. nec ejus mors attenditur.

Exalta] Neque enim majorem sentit utilitatem, quam Tutor. Nec potest gestori opponi: culpam esse, quod se negotio immiscuerit; hæc enim regula tunc solum procedit, quando quis peritiam rei profitetur & tamen illa destituus est, tunc enim melius in vires suas inquirere debuisset. Et maxima esset ingratitudo, si quis hoc brocardicum gestori objiceret, cui potius pro humanitatis officio gratiæ persolvendæ.

Concurrat] Et hoc casu modo allegatum brocardicum applicari potest juxta LL. dispositionem.

Peritura] v. g. si ædes ruinam minantur, & nemo adest, qui illas reficere vult.

Connexa] v. g. si pecuniam exegit, curare debet, ut iterum fœnori exponatur.

Gratuito] Est enim negotiorum gestio officium humanitatis.

Ex æquitate] Exemplum ante adducebat Autor, si quis gessit negotia aliena, quæ tamen tempore gestionis propria esse existimabat. P. 73.

LIB. III. TIT. VI.
De Calumniatoribus.

D*icuntur*] Alias etiam Calumniatores dicuntur (1.) qui injuria & verbis

contumeliosis aliquem adficiunt, contra quos datur actio injuriarum. (2.) Qui in judiciis publicis aliquem falso accusant, de quibus infra *sub tit. ad Sc. Turpillianum.* (3.) Qui sine justa causa Processum instituunt, quibus ob hanc causam juramentum calumniæ defertur, v. *Doctrin. ff. h. t. §. 1.*

Non fiat] Nam & hoc turpe est. Gratis enim alter calumniosum negotium intermittere debebat.

Pecunia] actu scil. numerata & ab altero accepta.

Obligatione] Scil. ad solvendum futuro tempore pretium.

Liberatione] Si v. g. alteri debitum remittitur, ut tertio calumniosum negotium faciat.

P.74. *Tradit*] Quia actiones pœnales in duplum, vel quadruplum nunquam in Germania fuerunt receptæ.

Criminalis] Ad pœnam arbitrariam, *l. pen. ff. h. t.* Illi enim Calumniatores, quibus olim litera K inurebatur, non erant ii, de quibus in hoc titulo agitur, sed qui aliquem in judiciis publicis calumniose accusabant.

LIB. IV. TIT. I.
De in integrum restitutione.

G*Ratiæ*] De usu distinctionum hic occur-

currentium *vid. Uf. pract. Dist. b. 1. Diff. I. seqq.*

Pinguius] Hoc vocabulum late accipitur, ita ut omnem utilitatem sub se comprehendat. Pone, minorem ultra dimidium læsum esse. Habet ille duo remedia: (1.) ordinarium juris civilis ex *l. 2. C. de resc. vend.* & (2.) extraordinarium juris Prætorii ex capite minorennitatis. Melius vero facit, si extraordinarium adhibeat, quia in ordinario probatio læsionis ultra dimidium difficillima est, in extraordinario autem aliqualem solum læsionem probasse sufficit.

Tertium] Scilicet si minor læsus est, habet (1.) remedium ordinarium juris civilis contra Tutorem, vel Curatorem, actionem scil. tutelæ; (2.) extraordinarium juris Prætorii, restitutionem scilicet in integrum. Sed melius est sæpe posterius, ex hac ratione, quia tunc minor ipsam rem amissam, in quam forte affectio cadit, recipit, ast si tutorem convenit, æstimationem & interesse saltem consequitur.

Competat] v. g. si nondum certo apparelit, an læsus sit minor ultra dimidium, annon.

Municipali] Restitutio enim in integrum ad gradus excellentioris jurisdictionis olim pertinebat, *v. supra Autor. p. 23. in fin.* F. 75.

Rescissoria] Quando Prætor usucapionem absente altero absolutam rescindit, de quo sub *tit. Ex. quib. caus. major.*

Actionis] Si res jam in alterum est translata, quam recuperare intendo.

Exceptionis] Si res, cujus intuitu læsio contigit, nondum est tradita, & alter actionem ad eam tradendam instituit.

Incidenter] Incidenter peti restitutio dicitur, quando minorennis in ipso Processu læsus, v. g. si fatalia appellationis, probationis &c. neglexit & sic læsio evidens est. Non opus autem hic est separato processu, sed restitutio statim ad instantiam minoris conceditur, quod *brevi manu* fieri dicunt Practici. E contrario autem, si contractus aliquis impugnatur, quod principaliter fieri dicitur, libellus est offerendus, requiritur L. C. probatio, sententia, & omnia, quæ alias in processu necessaria sunt. Patet simul ratio, cur Procurator restitutionem absque speciali mandato incidenter petere possit, scil. quia hæc non est res magni momenti, & quæ magnos sumtus non requirit.

Valida] Hæc dicuntur, si Tutoris auctoritas, aut in immobilibus alienandis decretum Magistratus accessit. Si E. hoc deest, negotium ipso jure nullum & tunc nulla læsionis probatio requiritur.

Momenti] Quod ex facultatibus læsi dijudi-

judicandum. Quæ enim intuitu divitis minima, illa pauperis intuitu maxima esse potest læsio. Pertinet huc brocardicum: quod minima non curet Prætor. Quod solum locum habet, si de negotio rescindendo agitur, non autem, si actio ad impletionem contractus instituitur, tunc enim & minimus obulus solvendus.

Mandatur] Et tunc dicunt Practici, P. 76. quod restitutio solummodo effectum devolutivum, non autem suspensivum habeat.

LIB. IV. TIT. II.

Quod metus causa gestum erit.

ABlativa] De his omnibus speciebus prolixe actum in *Us. pract. Dist. b. t. Dist. I.*

Voluntates] Quoad has E. remansit æquitas naturalis, juxta quam omne id nullum est, in quo consensus propter metum excluditur.

Bonorum] Hoc principiis juris civilis non est conforme, quia bona amissa recuperari possunt. Hic vero de amissione ejusmodi rerum agitur, quæ recuperari nequeunt.

Concitarant] v. *Dist. III. h. t. in Us. pract. Dist.*

P. 77. *Illicita*] Ergo si maritus adulterum cum uxore deprehendat & ab eo sub metu mortis certam pecuniæ summam extorqueat, adulter illam solvere non tenetur. Leges enim irato id saltem indulgent, *ad quod ira aliquem commovere solet*. Ira autem non commovet ad pecuniam accipiendam, bene tamen ad mortem inferendam.

Subsistunt] Ex principiis Stoicorum, quorum sectæ addicti fuerunt JCti Romani, qui statuebant, virum virtuosum omnes affectus penitus extirpare posse & sic quoque eum mortem non timere, & per consequens coactam voluntatem etiam esse voluntatem. Quod tamen est contra indolem naturæ humanæ.

Matrimonia] In his E. & sequentibus iterum proceditur juxta simplicitatem naturalem.

Juramentum] Ex erronea hypothesi Scholasticorum, quasi Deo aliquid promittatur in juramento.

Exceptionem] Si res per metum promissa nondum est tradita, sed à promittente adhuc possidetur.

Veterem] Hoc procedit, si ego coactus sum, ut alteri actionem ex mutuo, vel alio contractu mihi competentem, remittam. Tunc enim Prætor illam actionem iterum restituit, ac si nunquam remissa fuisset.

isset. Dicitur *utilis*, quia non ex verbis juris civilis subtilis provenit, sed ex æquitate Prætoris.

Novam] Quando v. g. ædes meas in alterum transferre coactus sum.

In rem scripta] Sed cur non dicitur realis, s. rei vindicatio ? Ideo scilicet, quia juxta hypothesin Stoicorum dominium ex coacta voluntate translatum erat. Hoc Prætor expresse abrogare nolebat, interim tamen aliud nomen actionis substituebat, quod in effectu idem denotabat.

Arbitraria] Primo enim judex jubebat, (quod arbitrium vocabatur) ut Reus restitueret, & ubi hoc non faciebat Reus, tunc demum in quadruplum eum condemnabat.

Rescindens] Prætor rescindebat, i. e. facultatem dabat, resiliendi à contractu, Deinde ipse Processus (quod est remedium rescissorium) coram Judice pedaneo ventilabatur. Conf. *Us. pract. Dist. b. t. Dist. V.*

B. f. possessor] Perinde hic res sese habet, ac si fur rem abstulit & tertio vendidit, qui eam b. f. emit. *P. 71.*

LIB. IV. TIT. III.
De Dolo malo.

Non pertinet] Doli boni exemplum adest, si quis a Debitore moroso rem ali-

aliquam commodati titulo expetit & deinde jus retentionis exercet in eadem re.

Palam] Ergo in hoc significatu etiam vis & metus doli appellatione venit. Sed ille significatus huc non pertinet.

P. 79. *Ex re*] De hac & reliquis distinctionibus actum in *Usf. pract. Diss. sub tit. Commodati. Diss. III. seqq.*

Causam dedit] Fuse hoc explicatum *diss. I. h. t.*

Realibus] Commodato, deposito & pignore. Mutuum enim est stricti juris.

Transfertur] Ratio, quam dant DD. quod translatio non fiat per contractum, sed per traditionem, admodum imbecillis est. Traditio enim & contractus sunt conjungendi, non separandi, quia traditionis effectus ex præcedenti contractu dependet. Ergo ubi contractus nullus, ibi quoque traditio nullius momenti.

Emtum sit] Sic ob equum vitiosum scienter venditum actio redhibitoria intra sex menses institui potuisset. Ast illi 6. menses sunt elapsi, quæritur, annon actio doli locum habeat? Negatur.

Tertium] v.g. Tutorem, qui in contractu præsens fuit, v. omnino *l. 5. ff. h. t.*

Inops] Sed annon expectare teneor, donec iterum dives fiat? Ad hoc jura nunquam me constringunt.

Inter-

Interdictum] v. g. Unde vi, si quis dejectus de possessione. P. 81.

In integrum] Scil. ex capite minorennitatis, licet minor dolo adversarii deceptus.

Criminalis] Elegans exemplum est in *l. 9. §. 2. ff. h. t.* Si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sunt, mox mortuo filio prolatæ; heredes filii adversus eos, qui suppresserunt, ex Lege Cornelia (de falsis) & de dolo posse experiri.

LIB. IV. TIT. IV.

De Minoribus XXV. annis.

Persecutione] Apud Prætorem scilicet. P. 82. Ordinaria enim formula non suppetebat, uti quidem fieret, quoties ex contractu ad ejus implementum agebatur.

Filiusfam.] Scil. in peculio læsis.

Qualitatem] v. g. Suscepit minorennis defensionem absentis. Sed nemo est idoneus defensor, nisi cautionem judicatum solvi præstet. Ergo dedit quoque hoc nomine fidejussorem. Defensio autem infeliciter cessit & sic minor solvere debet. Petit restitutionem in integrum. Per hanc itaque restitutionem exuit qualitatem defensoris, creditori interim actio salva manet contra ipsum tertium absentem.

Non

P. 83. *Non possit*] i. e. si ille, cum quo ab initio contraxit, non sit solvendo.

Rem potius] scilicet, si res pretium affectionis recipiat.

Lucro captando] v. g. si hic rem ab alio minore pro pretio plane non proportionato accepit.

Restituitur] Sed obstat, quod privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio suo; Resp. hanc regulam saltem procedere, si privilegium est *ejusdem generis*, (sic v. g. minor contra minorem non restituitur,) non autem si *diversi*, ut hic.

Solvendo sit] Sed tunc fidejussor cum effectu non convenitur, ob beneficium excussionis, unde Autor simpliciter dicere potuisset, minorem contra SCtum Vellejanum restitutionem in integrum habere.

Valida] Si scil. Tutor adfuit.

Quasi contumacia] Quando minorennis solus absque curatore suo citatus fuit.

P. 84. *Approbationem*], v. g. emi ædes in minorennitate constitutus, sed integrum pretium tunc non persolvi. Solvo E. illud post adeptam majorennitatem. Hoc necessariam ratihabitionem involvit.

LIB.

LIB. IV. TIT. V.
De Capite minutis.

E*St nullus*] Quia hodie emancipatio non fit amplius per imaginariam venditionem. Ceterum annon emancipatio juxta statuta quorundam locorum ratione successionis aliquem habeat effectum, de eo hic non disputatur, sed hic saltem ventilatur quæstio: *annon per emancipationem actiones filio quæsitæ & contra ipsum competentes extinguantur?* quæ sine dubio neganda. P. 85.

LIB. IV. TIT. VI.
Ex quibus causis majores.

O*Missionem lucri*] v. g. Si alicui quid legatum sub conditione: *Si in Italia esset*, & ille abfuit eo tempore, quo Testator mortuus.

Damno alterius] v. g. si dicat absens, se potuisse ab altero rem usucapere, si præsens fuisset, *v. l. 19. & 20. ff. h. t.*

Impeditur] Huc pertinet *filiusfam.* ratione bonorum adventitiorum a Patre de facto alienatorum. Filius enim, quamdiu durat patria potestas, agere nequit. Idem in *Uxore*, quæ durante matrimonio bona dotalia a marito alienata revo-

care

care nequit. Sic *Agnati* in feudalibus res a præsente possessore alienatas non revocant, nisi postquam successio ad eos devoluta fuit. E. licet interim longissimum tempus elapsum, hoc tamen filiofam. matri & Agnatis non nocet.

Absentiam] De variis absentiæ speciebus vid. *Uf. pract. Dist. h. t. dist. I. seqq.*

P. 86. *Justam causam*] Quoties scilicet ex circumstantiis adparet, quod illi, qui restitutionem petit, nec dolus, nec culpa imputari possit.

P. 87. *Lucro*] Si, ut ante dictum, legatum non acquisivit absens.

Postulfet] E. Prætor hoc casu ipsi dat *actionem ex Testamento institutoriam*.

Ita & hæc] E. si amisit actionem emti, Prætor ipsi dat *actionem emti restitutoriam*, &c.

LIB. IV. TIT. VII.

De alienatione judicii mutandi causa facta.

Necessarium]. Bachovius *loc. ab Aut. all. leg.* hunc casum adducit, si Actor probet, se jam petiisse rem à novo possessore, sed propter hujus potentiam succubuisse. Ast hic casus admodum rarus & talis probatio admodum difficilis est.

Genus actionis] v. g. si servum, quem petebam, manumisit alter.

Status negotii] v. g. Si is, cui novum opus nunciatum, rem illam, cujus intuitu nunciatio facta, alienavit.

LIB. IV. TIT. IIX.

De Receptis, qui arbitrium receperunt, &c.

G*Ubernatur*] Et sic hoc respectu etiam Judex arbiter vocari potest. P. 88.

Judiciis] Quia in b. f. judiciis Judex pedaneus non est adstrictus ad verba contractus, & in actionibus arbitrariis, e. g. realibus, Reum etiam ad restitutionem fructuum & interesse condemnare potest. Hodie non habemus judices pedaneos & sic Magistratus nostri in omnibus causis arbitrium habent, licet sint stricti juris.

Arbitratores] v. g. si emtor & venditor non possunt convenire de pretio & sic in tertium compromittant, qui hoc definire debet.

Stricti juris] Quia de futuris non cogitatum. Sed hoc respectu omnes conventiones sunt stricti juris.

Cogitur] Quia est officium humanitatis. P. 89.

Consensu Domini] Quia est alienatio necessaria, & sic non adest contemtus Domini,

mini, ut in voluntaria. Secundum regulas prudentiæ tamen & hic melius facit vasallus, si consensum Domini expetit. Aliud ex regulis justitiæ s. necessitatis. Non enim textus ex jure feudali ad eum casum pertinent, si transactio *ad feudum conservandum* tendat. De hoc enim nullum aderat dubium & sic nec speciali dispositione opus erat.

P. 91. *Declaratoria*] Errat Wurmserus. Quis enim declarabit præter arbitrum? Et si hic non potest declarare, laudum erit frustraneum, quippe de cujus tenore non constat.

Autoritas] Publica scilicet & jure proprio competens.

P. 92. *Turpe quid*] v. g. Si arbiter Reum pro infami declarare, aut ipsi relegationem, vel fustigationem dictitare vellet.

LIB. IV. TIT. IX.

Nautæ, Caupones, Stabularii, ut accepta restituant.

P. 93. *Lienas*] v. g. quas Viator titulo commodati habet.

Casum fatalem] Qui scilicet *extrinsecus* accidit, v. g. si fur per scalam admotam in ædes intret, vel in vicini ædibus incendium oriatur, quod cauponam quoque consumit, &c. Alias vero, si in *caupona* casus

casus accidit, v.g. si hospes hospiti aliquid aufert, hoc sine dubio etiam est casus fatalis, & tamen hunc præstare tenetur caupo.

Non nautæ] Hi E. ipsum furem convenire tenentur, aut si ille non appareat, damnum patienter ferre debent.

Dubium est] Imo non, quia actiones P. 94. pœnales in Germania notorie non sunt receptæ.

In culpa sint] v.g. Si ostium, vel cameram apertam reliquerit.

LIB. V. TIT. I.

De Judiciis.

Dividitur] De his divisionibus actum in *Us. pract. Dist. b. t.*

Se ignorare] Hæc formula admitti potest, si quis convenitur ex facto alieno, v.g. P. 96. Procuratoris, vel Antecessoris sui, in facto proprio autem allegatio ignorantiæ non habet locum.

Er stelle es dahin] Idem est, si dicat, es könne wohl seyn / er lasse es auff seinem Werth und Unwerth beruhen. Necenim negat, nec affirmat.

Contradictorio] v.g. si dicat Reus, er wundere sich / daß der Kläger sich zu ihm nöthige / er bitte ihn anzuweisen / daß er den Beklagten in Ruhe lasse und ihn nicht fer-

net molestire. Ceterum de distinctionibus L. C. *v. Ul. pract. Dist. h. t. Dist. X seqq.*

P. 97 *Possunt agere*] Regula generalis est, omnem illum suo arbitrio actionem instituere posse, qui liberam administrationem rerum suarum habet.

Consentiente] Ita, ut pateat ad consentiendum cogi posse, si peculium ab initio eo dissentiente à filio acquisitum.

P. 98. *Actiones cedat*] Exemplum est in materia L. Rhodiæ de jactu. Ille enim, cujus merces ejectæ, non habet actionem contra reliquos vectores, sed Magister navis, & hic ad actionem illam instituendam obligatus est. Quod si vero Magister navis suam actionem contra vectores competentem cedat illi, cujus res sunt ejectæ, eo ipso se liberare potest.

P. 99. *Etiam filius*] Cit. *l. 77. & 78. ff. h. t.* loquitur de Judice pedaneo, qui ex consensu partium eligebatur, *L. 10. ff. de jurisdict.* autem de Magistratu jus dicente etiam invitis partibus, i. e. Prætore. Hodie E. quia Judices non amplius eliguntur ex voluntate partium, *d. l. 77.* applicari nequit.

P. 100. *Reddunt*] Imo Judex ex levioribus causis recusari potest, quam testis, quia alius Judex facilius invenitur, quam alius Testis, recusatur autem toties Judex, quoties ex circumstantiis constat, quod non sit indifferens, sed magis erga hanc, quam alteram partem inclinet.

Rele-

Relegati] Melius deportati. Relegati enim proprie sic dicti domicilium pro lubitu constituere possunt. P. 101.

Duobus] v. g. si quis in duobus locis, vel pluribus etiam tabernam instructam, aut alias magnam bonorum suorum partem habeat. Secus E. si saltem rem aliquam singularem in alio loco habeat, v. g. fundum &c.

Constet] v. g. Si ob eam solum caussam ibi commoretur, quia in loco prioris domicilii bellum exortum, vel pestis grassatur.

Vagabundus] Pro tali etiam reputatur, qui bona sua in aliquo loco vendidit & jam in itinere constitutus est, ut alibi domicilium novum constituat, v. Dn. Thomasii *Disp. de Vagabundo* inter Dispp. Lipsienses. P. 102.

Vel quasi] v. g. Gesti negotia Titii absentis Lipsiæ, E. Lipsiæ ad rationes reddendas conveniri possum, licet alibi domicilium meum habeam.

Perficitur] v. g. Si Halæ contrahamus, sed simul tamen addimus, nos antea non velle esse obligatos, quam si eras contractus Lipsiæ, quo iter meditamur, in scripturam fuerit redactus.

Solus Tritius] Scil. ex capite commissi delicti. Quia tamen moribus Germaniæ delinquens puniri potest, ubicunque de- P. 103.

 pre-

prehenditur, E. etiam Cajus Judex competens esse potest, si in ejus territorio delinquens deprehensus fuerit.

Mobilis] Opponunt nonnulli, rem mobilem non esse *sitam*; Resp. Sita non est in sensu Grammatico, bene tamen in sensu juridico, in quo situm esse idem denotat, ac deprehendi.

Rem scripta] v. g. Actio noxalis, quod metus causa, ad exhibendum, ex jure retractus, &c. quæ contra quemcunque possessorem dantur, & tamen ex jure ad rem solum proveniunt.

P. 104. *Radicatas*] Radicatæ dicuntur, quando lis a defuncto jam contestata est.

Conveniri Personæ E. miserabiles statim ad supremam instantiam recurrunt, quando Actores sunt. Sed etiam, si Reorum personam gerunt, ibi & non in inferioribus judiciis sunt conveniendi.

P. 105. *Criminales*] E. g. Convenitur aliquis ex instrumento mutui, debitor opponit Exceptionem falsi & adsunt etiam justa indicia, tunc prius super crimine falsi inquirendum & actio civilis usque ad finem hujus inquisitionis suspenditur.

LIB. V. TIT. II.
De inofficioso testamento.

P. 106. E*Xtraordinaria*] Ideo ita vocatur, quia prius removendum testamentum obstans

obstans & deinde demum hereditas petitur, quod in ordinaria petitione secus, quippe quæ directo ad hereditatem consequendam tendit.

Aliæ quoque] Quæ ex interpretatione declarativa fluunt. Sic perinde sive filius patrem verberaverit, sive alius ejus jussu. Sic filius a patre exheredatur, si cum noverca, vel concubina patris concubuit, ergo filia exheredari potest a matre, si cum vitrico concubuit, sexus enim masculinus fœmininum comprehendit, sed non contra. Ergo licet filia meretrix exheredari possit, non tamen filius, qui meretrices sequitur. *P. 107.*

Competit] Quia principaliter ad vindictam tendit.

Succedunt] i. e. Substituti. *P. 108.*

Non obstat] Quia Lex generalis posterior, quæ de iis disponit, quæ juris communis sunt, non tollit Legem priorem, quæ de jure singulari disposuit, hæc enim specialiter revocanda erat.

Quoad fratres] Quia enim horum intuitu jus vetus in *Nov. 22 c. 47.* non mutatur, E. hic obtinet regula: quod Exceptio (quæ hic quoad parentes & liberos in *Nov. 115.* est) firmet Regulam in casibus non exceptis. Regula autem juris veteris erat: Corruente principali corruit etiam accessorium.

P. 109. *Alieno nomine*] v. g. Cajus condit testamentum, filium exheredem scribit & Titio 100. thal. legat, Mevio herede instituto. Mevius, heres institutus legatum Titio solvere detrectat. Hic ergo actionem instituit & filium exheredatum, qui Advocatus est, petit, ut ipsi patrocinium præstet. Quod si E. filius exheredatus Advocati munere fungitur & in instituta actione se in testamento paterno fundat, illud approbasse censetur.

Cogente officio] Filius exheredatus est Sempronii Tutor. Huic Sempronio Cajus legavit 100, quos petit filius exheredatus pupilli nomine. Hic non approbat testamentum.

Consensit] In futuram injuriam (quam exheredatio continet,) nemo consentire potest.

Quarta] Scilicet in Legibus ff. & C. nam in *Nov. 18.* demum ejus quantitas mutata.

P. 110. *Statuto*] v. g. Jure Lubecensi Pater, qui ad secunda vota transit, certam bonorum partem liberis assignare tenetur, qua accepta ab omnibus reliquis bonis excluduntur.

Repræsentantium] Tales sunt, quando eum proximiore concurrunt, v. g. nepotes ex uno filio mortuo cum altero Testatoris filio adhuc vivente.

Succe-

Succedentium] Quando ita non concurrunt, v. g. nepotes ex uno filio, alio filio non existente.

Transeunt] Quia non tendunt ad vindictam, ut querela inofficiosi, sed unice ad interesse privatum. P. 111.

LIB. V. TIT. III.

De Hereditatis petitione.

ADita] Aditio enim retrotrahitur, i. e. fingitur, ac si in eo momento facta fuerit, in quo defunctus moriebatur.

Late] Ut scilicet hereditatem Prætoriam s. bonorum possessionem, nec non hereditatem fideicommissariam sub se simul complectatur.

Nihil interfit] v. g. si ille, in quem res est translata, non est potentior, quod tamen putabat transferens. Aut, si Actor est æque potens. P. 112.

Indistincte] Id est, sive sciat, sive ignoret, quod ejus antecessor rem, de qua quæritur, pro herede, vel pro possessore possederit. Ita explicatur in *l. 13. §. 3. ff. h. t.* Interim tamen possidere debet heres, alias enim hereditatis petitio, tanquam actio realis, contra ipsum institui non posset. P. 113.

Non conveniuntur] Puto ideo, quia hi habent titulum specialem pro emtore,

quamvis hæc ratio non adducatur in *l. 13. §. 8. ff. h. t.*

Malæ fide] Tunc enim revera pro possessore posident, ob m. f. enim titulus deficit.

Posident] v. g. qui dicunt se emisse, vel sibi donatum esse, &c.

Allegare] Non tamen probare, ad hoc enim nullus possessor obligatus. Secus in Regalibus.

Personales v. g. fructus & omnes accessiones.

In jure errans] Error juris enim tunc non obstat, quando in possessione sumus, id est, tribuit exceptionem, non actionem, *v. Ulr. pract. Dist. tit. de jur. & fact. ign. dist. II.*

Simplex m. f. possessor] v. g. qui rem aliquam clam detinet, vel qui rem furtivam sciens emit, &c.

P. 114. *Distrahere*] Hæc assertio ad m. f. possessorem restringenda, *v. l. 40. pr. ff. h. t.* Quia enim b. f. possessor non tenetur rem indesensam relinquere, quid juvaret actorem, licet probet, se rem potuisse distrahere?

LXX. annis] Contrarium asserit Finckelth. *Obs. 100.* qui putat, præsumendum esse, quod homo usque ad centum annos vivat. Sed prout rationes ipsius admodum sunt irrelevantes: ita quoque sana ratio

ratio dictitat, præsumtionem ex eo desumendam esse, quod utplurimum fieri solet. Pauci vero homines annum 70. transgrediuntur & 100. annos attingunt, quod etiam fundatum est in *Psalmo 90. v. 11.* Non obstat textus *Syrach. 18. v. 8.* ibi enim sermo est de casu minus frequenti, qui in hac materia non attenditur.

In Litem] Et quidem, si res affectionem recipit, juramentum affectionis præstatur.

LIB. V. TIT. IV.
Si pars hereditatis petatur.

QUartam] Hic contra regulas de *P. usf.* præsumtionibus aperte impingit Paulus, qui est Autor *l. 3. h. t.* Ita enim argumentatur: Nascuntur interdum septem, interdum quinque, interdum quatuor, interdum tres. Quid ergo frequentius accidit? Scilicet, ut tres nascantur. Recte. Sed debuisset addere: Interdum etiam duo saltem nascuntur, interdum unus. Quid jam frequentius accidit? Scilicet, ut unus nascatur, E. hinc desumenda præsumtio. Judex E. filio jam existenti dimidiam adsignare poterit, modo hic cautionem præstet, quod ratam partem restituere velit, si forte præter spem plures nascantur.

LIB. VI. TIT. I.
De Rei vindicatione.

R*Evocabili*] v. g. Si quis rem aliquam cum pacto de retrovendendo ad certos annos emit.

Fictum] Ubi b. f. & justus titulus idem præstat, quod dominium, de quo ad *seq. tit.* dicetur.

P.116. *Rationem*] v. g. Si alterius arbor in agrum meum translata & in eo radices egit, tunc si alius eam auferat, rei vindicationem habeo.

Amiserit] v. g. si ejus bona confiscantur.

Proprio nomine] Si enim nomine Cedentis agit, habet actionem directam, quia cedentis ossibus jus inhæret. In effectu tamen nil interest, sed quæstio in mera subtilitate theoretica subsistit.

Civilem] v. g. Locatorem, Commodantem &c.

Naturalem] qui simul animo & corpore possidet, ut Dominus. Ita enim hic capitur hoc vocabulum.

Admiserit] Rem scilicet deteriorando per dolum, aut culpam, *v. l. 51. ff. h. t.*

P.117. *Suadeant*] v. g. Si Dominus nullam exinde utilitatem habeat, nec res tolli potest, ut si quis apud Romanos servum alienum erudierat, vid. omnino *l. 27. §. ult. l. 28.*

l. 28. 29. & 30. ff. h. t. ubi etiam limitationes habentur.

Nanctus] v. g. per interdictum unde vi, si quis de possessione dejectus. *P. 118.*

In Actorem] Hæc pœna ex interrogationibus, quæ olim in jure fiebant, originem suam habet. Mendax enim Prætorem contemnere videtur, perinde ut is, qui plane tacet, *v. l. 11. §. 4. ff. de interrog. act.* Hodie cessantibus ejusmodi interrogationibus pœnæ quoque cessant.

Transfertur] Si scil. res adhuc salva existit & Dominus ejus restitutionem urget.

Versum] Casus hic est: Vendidit minor prædium absque decreto Magistratus & sic nulliter. Deinde illud iterum vindicat, ubi pretium acceptum restituere tenetur, si illud in ejus utilitatem versum.

Redemta] Ea scilicet intentione, quod rem Domino, qui ipsi notus est, restituere velit. Hic enim intentionem sibi habendi non habet, E. revera est negotiorum gestor.

LIB. VI. TIT. II.

De Publiciana in rem actione.

V*Endiderint*] v. g. Reperit Titius rem aliquam hereditate paterna, quæ Patri saltem oppignorata erat, Titius autem *P. 119.*

ean-

eandem jure dominii ad se pertinere credit. Vendit hanc rem, tanquam non Dominus, Cajo. Cajus eandem forte amittit. Invenit eam Sempronius, qui est secundus non Dominus, & illam iterum vendit Sejo. Hic à Cajo conveniri nequit. In pari causa enim melior est conditio possidentis.

Non excludit] Si enim possessor opponeret exceptionem malæ fidei, actor replicat, hanc exceptionem esse de jure tertii. At si in materia usucapionis ipse Dominus eandem opponit, tunc est de jure proprio.

Æque firmum] Casus ante fuit adlatus *ad Voc. Vendiderint.*

P. 120. *Eliditur*] v. g. Is non Dominus, qui rem oppignoratam in hereditate repertam vendiderat, (*v. d. not. ad voc. vendiderint*) deinde a debitore, qui rem illam oppignoraverat, dominium consequitur per donationem, legatum, aut alio modo. Emtor rem emtam forte amittit & venditor illam invenit & sic possessionem adipiscitur. Emtor contra illum actionem publicianam instituit. Ille excipit, se jam esse verum dominum & sic actionem locum non habere. Emtor replicat: Tu non potes contra proprium factum venire. Vendidisti enim semel eam rem & sic ad evictionem præstandam obligatus

es.

es, Evictionem autem melius præstare nequis quam per rei restitutionem. Agitur de hoc casu infra in *tit. de Exceptione rei venditæ & traditæ.*

Patet E. ex hactenus adductis, Actionem Publicianam nihil aliud esse, quam rei vindicationem Prætoriam. Justum titulum enim & b. f. Prætor dominio æquiparat, quod de jure civili stricto non fiebat. Et sic Prætor jus illud subtile iterum ex æquitate correxit.

LIB. VI. TIT. III.

Si Ager vectigalis &c.

Publicus] Si Respubl. emphyteusin alicui concedit.

Certa portio] Hoc intelligendum de *P. 122.* portione *quota*, v. g. ut emphyteuta dimidiam, vel tertiam partem fructuum præstet. Tunc enim est instar locii. At si portionem *quantam* præstat, v. g. aliquot modios frumenti, tunc remissionem prætendere nequit.

Testamentarios] E. testamentum de emphyteusi condere permissum.

Vendita] Si E. per permutationem, aut donationem in alium transfertur emphyteusis, juri retractus locus non datur, quia Dominus directus retrahens non potest easdem conditiones præstare vid. Brun-

Brunnem. *ad l.4. C. de fund. patrim.* Gothofr. *ad l.3. C. de jure Emphyt.*

P.123. *Omnia commoda*] Ordinaria & extraordinaria, v.g. thesaurum, quod secus in usufructuario.

Declaraverit] Quia actio de expellendo emphyteuta principaliter ad vindictam tendit, quales actiones ad heredes non transeunt.

Declaratoria] Puto esse privatoriam, Quod in materia feudali ex validis rationibus ostendit Struv. *S. I. F. Cap. 15. aph. 4. n. 3.* præcipue exinde quia nec perduelles bona ipso jure amittunt, *l. 5. ff. qui & à quibus manum.* ibique *Gothofred. in not.*

P.124. *Superficiarium*] De quo infra *sub tit. de superficiebus* agetur.

LIB. VII. TIT. I.
De Usufructu.

Conceduntur] Sic v. g. servitus aquæhaustus regulariter est realis, quia aqua ad irrigandos hortos, vel etiam ad necessitatem pecorum indigemus. At si aqua hauriatur ad necessitatem personæ, v. g. ad potum, est personalis. Ita servitus itineris est regul. realis, quia eadem utimur, ut eò melius ad fundos nostros pervenire possimus. At si iter constituitur in loco alterius amœno ad spatiandum, est servitus personalis.

De-

Defenditur] Hochodie secus esse puto, quia jus Canonicum indistinctè b. f. requirit & ea deficiente nullum effectum præscriptioni tribuit. P.129.

Quasi traditionem] i. e. per patientiam domini, ad quem fundus serviens spectat.

Adita] v. infra *tit. quando dies ususfr. legati cedat.*

Tuetur] Et sic iterum jus subtile corrigit, juxta quod nemo nisi plenus dominus usumfr. constituere poterat.

Naturaliter] Ipsa res enim ad ipsum non spectat, sed solum jus aliquod temporarium ejus rei intuitu. P.126.

Renascantur] Alias enim fructuum nomine non veniunt. Et sic usufructuarius etiam thesaurum non accipit, qui in fundo usufructuario repertus est.

LIB. VII. TIT. III.

Quando dies ususfr. legati cedat.

UTi possit] Quod demum fieri potest post aditionem hereditatis. P.128.

LIB. VII. TIT. IV.

Quibus modis ususfr. & usus amittitur.

PRimis] Sed cur non etiam reliquis?

ne scilicet proprietas semper sterilis maneat.

Banno Imperii] Aliud in fustigatis & relegatis, quia horum bona non confiscantur.

P. 129. *Civilibus*] Hi vel percipiuntur *ex prædio rustico*, & tunc iterum videndum, an usufructuarius decesserit ante fructus à colono perceptos, quo casu ad proprietarium pertinent, an postea, ubi usufructuarii heredes eos capiunt. Vel *ex prædio urbano*, & tunc pro rata temporis dividuntur inter proprietarium & usufructuarii heredes, quia hi singulis momentis percipiuntur.

LIB. VII. TIT. V.

De usufructu earum rerum &c.

Transfertur] v. *tit. Quando dies ususfr. legati cedat.*

Tantum] Reliqui enim modi, v. g. per abusum, consolidationem, &c. qui in *tit. præc.* enumerabantur, hic per rerum naturam applicari nequeunt, quia plenum dominium translatum.

LIB. VII. TIT. IIX.

De usu & Habitatione.

P. 131. *Amittatur*] Dispositio juris civilis clara est, sed ratio non concludit. Habitatio

ratio enim non minus ut usus & ususfr. est servitus personalis & sic in jure consistit. Si vero *ipsum actum habitationis* respicis, tunc pariter hoc intuitu & de usu & ususfr. dici potest, quod in facto consistant.

Radicatam] i. e. cui proprietas sub conditione legata. P. 132.

Pignoratitiam] Sed sine ratione, nec assertio Mynsingeri ex *l. pen. Ut legat.* probatur.

Pro non adjecta] Ita quoad thesin juris, cujus tamen ratio reddi nequit. Aliqui dicunt, Testatorem non posse præjudicare tertio; sed resp. Heres non est tertius, sed una persona cum testatore, E. hic illi etiam omnino præjudicare potest. Addunt: hanc remissionem invitare ad delinquendum; sed hoc negatur, nam alias nec ipse proprietarius inter vivos cautionem remittere posset. P. 133.

LIB. IIX. TIT. I.

De servitutibus.

Affirmativas] Ubi dominans aliquid agit & serviens patitur.

Negativas] Ubi dominans nihil agit, & serviens etiam non facere tenetur. Hæ cognoscuntur ex particula *non* vel *ne*, v. g. altius non tollendi, ne luminibus officiatur.

P. 134. *Promisisse sunt*] Quia enim dominans hic nihil agit, E. etiam exercitium accedere nequit.

Titulus] Sufficit tamen & titulus ex consensu tacito, i. e. patientia alterius proveniens. Quamvis enim domini scientia non semper requiratur, ut Autor dicit, interdum tamen adesse & vices tituli supplere potest.

P. 135. *Constituitur*] Id est, consequor quidem jus in personam, sed non jus in re.

Habent] Est hæc subtilitas Pauli, quæ tamen nec Justiniani tempore usum habuit, alias enim nec servitus cloacæ esset servitus. Putat enim Paulus, quod causa continua ex naturæ operatione dependeat, E. dicit, aquæ haustus ex fonte quidem conceditur, sed non ex lacu, vel stagno.

LIB. IIX. TIT. II.

De Servitutibus prædiorum urb.

P. 136. *Urbana*] E. g. si iter habeo ad prædium rusticum, est servitus rustica, si ad prædium urbanum, est urbana.

P. 137. *Impedire*] Talem scilicet prospectum, qui *quaquaversum* tendit, i. e. ut non solum ex adverso, sed & ex transverso prospicere liceat, *v. l. 15, h. t. ibique* Gothofred. Servitus

vitus prospectus vero tendit solum ad loca inferiora amœna.

Avertendi] Quando aqua pluvia nobis est onerosa.

Non avertendi] Hæc potest locum habere in illis locis, ubi aqua dulcis rara est & sic commodum ex illius perceptione sentimus.

LIB. IIX. TIT. III.
De Serv. præd. rust.

Sufficiant] E. si non sufficiant, serviens a pastura abstinere debet. Ubi tamen multi dissentiunt, quos v. apud Brunnem. ad *l. 6. C. de servit.* servientem præferendum esse putantes. Sed Leges, quas allegant, scil. *l. 6. C. de servit.* & *l. 13. §. 1. ff. commun. præd.* non loquuntur de servitute constituta, sed *de consuetudine*, quando scilicet quis hactenus absque constitutione servitutis passus est, ut alii etiam v. g. aquam ex ipsius fonte hauriant, vel pecora in ejus pascuis pascant. P. 138.

LIB. IIX. TIT. IV.
Communia prædiorum.

Omnia sunt communia servitutibus rusticis & urbanis ratione personæ acquirentis & constituentis, ratione modi

 con-

constituendi, &c. exceptis duobus: Servitus urbana 10. annis, rustica per tempus immemoriale per præscriptionem acquiritur. Deinde servitus rustica solo non usu amittitur: urbana non, nisi prius prohibitio à serviente accedat. Ita juxta DD. opinionem.

LIB. IIX. TIT. V.

Si servitus vindicetur &c.

P. 139. *Quasi possideret*] Tunc omnino quidem agere potest, si turbetur, vel impediatur, sed probatione non erit gravandus.

Usumfructum] E. non vindicat ipsas servitutes, sed usumfructum servitutum saltem. Ipsæ enim servitutes ad proprietarium spectant. Est subtilitas.

P. 140. *Probanda*] Licet enim alias Actor pro se habeat præsumtionem libertatis, Reus tamen & hic pro se habet præsumtionem ex possessione. Paritas ergo favoris adest & sic causa reducitur ad statum juris communis, id est, Actor probare tenetur. Quod enim dicit Carpzov. ab Autore tanquam dissentiens allegatus, præsumtionem libertatis esse fortiorem præsumtione, quæ ex possessione resultat; hoc petit principium & aperte est contra *l. 7. §. 5. ff. de liber. caus.* v. Mev. *P. 8. Dec. 192.*

Dene-

Denegatio] Limitanda hæc assertio, nisi libertas & jura communia in Provincia aliqua notorie restricta sint. Unde quando in Germania Opifices contra eos agunt, qui non sunt recepti in numerum, actione negatoria utuntur, licet se non fundent in libertate naturali.

LIB. IIX. TIT. VI.

Quemadm. servit. amittantur.

R *Evocabile*] v. g. si quis fundum servientem, cum pacto de retrovendendo emit, vel maritus eum dotis titulo accepit. p. 141.

Vendidit] Hic enim eo ipso qualitatem heredis, ex qua confusio oriebatur, exuit eandemque in emtorem transtulit.

Contrarium] v. g. ut serviens in illo loco, per quem mihi servitus itineris, viæ, &c. competebat, fossam faciat, vel parietem, vel sepem exstruat, &c.

Minus utitur] v. g. si quis servitutem actus & viæ habet, & tamen solum in illo loco ambulat.

Curri] In pœnam ignorantiæ supinæ.

Prohibemur] v. g. quia fundus serviens flumine occupatus.

LIB. IX. TIT. I.

Si Quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

P.142. *Sine injuria*] h. e. fine dolo & culpa. Neutrum enim de bestiis prædicari potest.

Aliam rem] v. g. Si plaustro bos obtrivit aliquem, vel alia re dejecta, l. 5. §. 9. h. t.

Sive non] Hæc differentia enim in materia L. Aquiliæ solum attenditur, prout ex tit. seqq. patet.

Resolutiva] v. g. cum pacto de retrovendendo, vel addictionis in diem. Unde si animal ita venditum venditori damnum inferat ante tempus retrovenditionis existens, vel antequam alius meliorem conditionem offerat, tunc emtor a venditore hac actione omnino conveniri poterit. Eo tempore enim res ad huc ad emtorem spectabat & sic respectu venditoris aliena erat.

Legis Aquiliæ] Si v. g. pastor in culpa fuit, ubi ille hac actione convenitur.

P.143. *In solidum*] Quid de ejusmodi pœnis mendaciorum hodie censendum, de eo dixi *ad tit. de R. V. p. 118.*

LIB.

LIB. IX. TIT. II.

Ad Legem Aquiliam.

Obst. l. 13. §. 2. de Usufr.] Valde dissentiunt D D. hujus legis occasione & varia ad eam respondent; v. Brunn. ad *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Placet responsio, quam habet Dn. Thomasius *in not. ad Strauch. Dissert. 19. th. 10. voc. vel Culpa:* quod *d. l. 13. §. 2. de Usufr.* loquatur de damno negativo, quod Lex Aquilia non coercet, ad illam enim damna positiva saltem spectant, per quæ bonum, quod habemus, aufertur, per negativa autem lucrum, quod speramus, intercipitur. p. 144.

Abiit] Mirum, quod de hoc capite secundo nihil habeatur neque in Institutionibus, neque in Pandectis, cum tamen alias Tribonianus antiquas fabulas ad nauseam usque præcipue in institutionibus recensuerit.

Habens] Ergo commodatarius, si vestimenta commodata ab alio scissa & corrupta sint, non potest hac actione agere, sed commodans. Est casus *l. 11. §. 9. h. t.* p. 145.

Corrumpendo] v. g. si quis alienum servum, aut pecus incluserit, ut fame necetur &c.

Non observantur] Propter notoriam observantiam & quod actiones pœnales

Romanorum in Germania nunquam receptæ.

Duplum] Nec illud hodie obtinet.

In Factum] Si nec corpore, nec in corpus, sed alio modo damnum datum, v.g. si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solvit, ut fugeret, *§. f. 7. ad L. Aquil.* sine necessitate tamen Tribonianus hanc actionem ab actione utili separavit, cum revera utraque ex ratione Legis proveniat & sic una ab altera non differat.

LIB. IX. TIT. III.

De his, qui effuderint, vel dejecerint.

P.146. NOcte] Cum & sine candela. Quia etiam honestissimi homines sæpe absque candela in platea ire per necessitatem coguntur.

Filiusfam.] Perinde enim, ut Paterfam. obligatur.

Duplum] Hodie ad simplum solum agitur.

P.147. *Adjudicantur*] Ob tale lucrum multi apud Romanos inveniebantur, qui actionem popularem hanc instituebant. Hodie cessante illo lucro nemo deprehenditur, actoris vices in se suscepturus, sed denun-

nunciatur factum Magistratui, qui per modum inquisitionis procedit.

LIB. IX. TIT. IV.
De noxalibus actionibus.

C*Aput sequitur*] i. e. dominum seu possessorem servi. Differt autem *noxa* & *noxia*. *Noxa* est servus, *noxia* est damnum, quod intulit, *v.* § *5.* & *6. J. h. t.*

LIB. X. TIT. I.
Finium regundorum.

C*Onfundantur*] Scilicet à sciente, v. infra *tit. de termino moto*, ubi de pœna publica in hoc delictum statuta agitur. *p. 148.*

Stricti juris] Puto eam potius b. f. esse, quia utraque pars sibi mutuo obligatur. Unde non obstat, quod non recenseatur hæc actio in § *28. J. de act.* quia non ad verba, sed ad rationem *d.* §. *28.* respiciendum.

Recepta] Vocatur etiam actio *via rejectæ*. Alter enim viam rejicit in meum fundum, ego vero eandem recipere cogor. *p. 149.*

Constituit] Si scil. de veteribus nihil plane constat.

Ventilanda] Ita scilicet, ut alter, qui negat me esse coheredem, hoc probare teneatur. Possessor enim non probat. *p. 156.*

Indi-

Indivisibiles] Hic in nonnullis Editionibus statim subjungitur : *ipso jure active* &c. unde sequentia verba inferenda: *singulis in solidum acquiruntur ; si divisibiles.*

P. 151. *Permutationis*] v. g. ut uni vineam, alteri hortum adjudicet.

Venditionis] v. g. si hortum uni adjudicat, qui partem æstimationis alteri coheredi in pecunia numerata persolvere debet.

P. 152. LIB. X. TIT. III.

Communi dividundo.

ALias res] v. g. si duobus eadem res donata, legata, per fideicommissum particulare relicta, &c.

Vero] Quando res a vero domino proficiscitur.

Ficto] Quando res a non Domino nobis legata, vel donata.

Oportet] v. g. ut communis fundus aretur, vel domus ruinosa reficiatur. Hoc ergo prohibere potest socius, ne sepulchrum in fundo communi fiat, aut ne domus in aliam formam mutetur.

LIB. X. TIT. IV.

Ad Exhibendum.

P. 153. *HAc agit*] Licet hoc in mandato non sit expressum. Qui enim mandavit rei vindi-

vindicationem, tanquam majus quid, ille etiam minus, actionem ad exhibendum mandavit.

Videre] e. g. in actione noxali & furti. P. 154.

Restitutoriam] v. g. si per vim dejectus & mihi simul mobilia aliqua ablata sunt, quæ per interd. unde vi peto.

Prohibitorium] v. g. de glande legenda, *l. 9. §. 1. h. t.*

Consecutura] v. g. Inclusisti gemmam meam annulo tuo & sic dominium meum & rei vindicatio expiravit. Postquam vero instituta actione ad exhibendum gemmam ex annulo iterum eximis, dominium meum & rei vindicatio statim reviviscit.

LIB. XI. TIT. I.

De Interrogationibus in jure faciendis.

Magistratu] i. e. Prætore, non coram judice pedaneo.

Incideret] Qui enim plus petebat, causam amittebat.

Tacendo] qui pro negante habetur.

Latam culpam] In *l. 11. §. 11. ff. h. t.* non est sermo de eo, qui per latam culpam tacet, sed qui per eandem falsum dicit.

Abiit] Jam tempore Justiniani & ante. P. 155. Unde Tribonianus integrum huncce titulum omittere potuisset.

Ladit

Lædit] Et quod ad præsentem causam nullum adfert momentum, v. g. si dicam, es seye nicht zuverwundern / daß der Beklagte es dergestalt mit mir mache / weil er auch bereits vorhin *Titium boßlich hintergangen 2c. Aliud, si dicam: Er habe mich in diesem contract betrogen.

LIB. XI. TIT. II.
De quibus rebus ad eundem Judicem eatur.

P. 156. M*Aliciose*] i.e. si dixerit, adesse continentiam causæ & illa tamen revera non adsit.

Præjudicium] e. g. actio ad exhibendum & rei vindicatio.

P. 157. **Possessorio*] Si E. possessorium in loco rei sitæ peractum, petitorium in foro domicilii peragi non potest. Judex enim, qui in possessorio cognovit, causam jam habet cognitam & sic eo melius de petitorio cognoscere potest. Et hæc est utilitas illa, cujus Autor in antecedentibus mentionem faciebat.

Opponit] E. in effectu non est in arbitrio Actoris.

LIB. XI. TIT. III.
De Servo corrupto.

T*Urpis tamen*] i. e. corrumpens non laborat infamia juris, bene tamen facti.

Corr

Corruptus fuerit] Est enim res malæ consequentiæ, quia servus persvasus forsan futuro tempore consilium executioni dare potest, quod sæpe fieri solet.

Corrupit] Ex odio erga maritum.

LIB. XI. TIT. IV.

De Fugitivis.

REquirantur] Fieri hoc potest etiam absque justis indiciis. Servus enim fugitivus inscio Domino se occultare potest in ædibus ejus, quod in rebus non obtinet. *P. 158.*

Coercaantur] Prima vice restituendus servus cum alio pari, vel 20. solidis, secunda vice cum duobus paribus.

LIB. XI. TIT. V.

De Aleatoribus.

LAtrunculorum] v. omnino Heigium *P. 159.* *p. 7. quæst. 10. num 47. seqq.* qui tamen absque justa causa hunc ludum inter maxime illicitos refert, quia scilicet non ad jocum & lusum nos finxit natura, sed ad res quasdam majores & graviores.

Incitaverit] Hæc sola incitatio, si fraus abest, ludum non reddit illicitum, nihil enim illiciti in se habet. *P. 166.*

Sponsiones] Hanc materiam latius exposuimus in peculiari *Disp. de natura & interpre-*

terpretatione Sponsionum. De speciebus ludorum & quid hodie juris sit, vid. *Us. pract. Dist. h. t.*

LIB. XI. TIT. VII.
De Religiosis.

P. 162. *Æquitate*] Putant communiter, sepulturam ex præcepto divino esse, (1.) quia homo ad imaginem Dei conditus & (2.) quia fuit habitaculum Spiritus S. Sed secunda ratio saltem est particularis & ad pios homines quadrat, insuper etiam nulla est consequentia, quod ille, qui ad imaginem Dei conditus & habitaculum Spiritus S. fuit, præcise sepeliri debeat. Unde non peccarunt Gentes, qui cadavera comederunt, aut concremarunt, aut in flumina projecerunt, aut bestiis devoranda exposuerunt. Late hæc exposuit Dn. Thomasius *in Jurisprud. divin. l. 3. cap. 10.*

Conditionis] Licet sit servus. Est enim homo.

Caput] Quia in hoc residet intellectus, qui juxta hypothesin Philosophorum Gentilium director est animæ humanæ.

Sepultura] Quod scilicet uxor prægnans mortua sepeliri non debeat, nisi prius uterus exsectus, ne scilicet partus forte vivus sepeliatur cum matre mortua.

Nihil datur] Hoc ex moribus dependet,

det, neque enim illicitum est, si quid exigatur ad sustentationem & necessitatem Ecclesiæ.

Patroni] Unde etiam probatio juris Patronatus oritur, si quis probare queat, quod absque ejus consensu nemo sit in templo sepultus. *P. 163.*

Honesta] Vid. *hic Us. pract. dist, h. t.* ubi omnia liquido exposita sunt, quæ huc pertinent.

Non potest] Ne scilicet manes defunctorum turbentur, qui ex hypothesi Gentilium cadavera custodiebant.

Vocantur in jus] Pertinet hoc ad in jus vocationem privatam, quæ apud Romanos in usu erat, & ne ille, qui funus sequitur, obtorto collo in jus rapiatur. Hodie illa applicari nequeunt. *P. 164.*

Cum defuncto] Hæc est subtilitas JCtorum Romanorum, quare hanc actionem ab actione negotiorum gestorum nominetenus distingvebant. Negotia enim non nisi *vivi* geruntur. Abstrahendo autem ab hac subtilitate revera est negotiorum gestio. Geritur enim negotium heredum, qui sine dubio vivi sunt. In effectu etiam inter hanc & negotiorum gestorum actionem nihil interest.

Benefacit] Non E. ex necessitate hoc requiritur. Animus enim donandi non præsumitur.

P. 165. *Successores*] Regula generalis hic est observanda: Quicunque habet commodum successionis, ille etiam onus funeris in se suscipere tenetur.

LIB. XI. TIT. IIX.
De Mortuo inferendo.

P. 166. N*Unciandum*] Quæritur: An pro transitu aliquid solvendum, quod vocant den Todten-Zoll? Utique, si ita moribus introductum: Transitum enim concedere ad officia humanitatis pertinet, ad quæ præstanda nemo invitus cogitur, conf. Mundius *de muner. c. 3. n. 196.* Quod vero Clerici etiam aliquid prætendant, illud a Pontificiis originem habet, apud quos pecunia præstari solebat, ut pro mortuo orarent, quo eo facilius e purgatorio liberaretur. Ceterum clericis ejus loci, ubi quis mortuus, omnino quid solvendum, nisi mores contrarii adsint. Eo ipso enim, dum quis in Parochia aliqua mortuus, Parochus jus quæsitum habet, quia ejusmodi accidentalia partem salarii Clericorum nostrorum constituunt.

LIB. XII. TIT. I.
De rebus creditis.

C*Ontrahimus*] E. etiam venditio & locatio hoc sensu creditum appellari potest. Venditor enim emtoris & Locator con-

conductoris fidem secutus contrahit.

Mixtum] v. *Uf. pract. Dist. h. t. Dist. I. & II.*

Nuncium] Nuncius & Procurator ita *P. 167.* differunt. Nuncius est merum instrumentum, qui pecuniam creditam alteri numerat & sic ejus arbitrio nihil est commissum. Procurator autem expedit aliquid, v. g. si te rogo, ut pecuniam meam debitori idoneo credas & ut cures, quo sufficientem & idoneum chirographum accipiam.

Nuncii habet] Nihil enim expedit, quia Principalis chirographum jam confecit. Ergo nudum saltem est instrumentum accipiendi pecuniam a Creditore numerandam.

Grex] Manent enim eædem species. *P. 168.* Et licet oves etiam numerentur, tamen non principaliter ad numerum, sed ad ipsa potius corpora respicitur.

Si velit] Si tamen debitum usurarium est, usuræ Creditori nihilominus solvendæ, nisi hic statim alteri eam pecuniam sub iisdem usuris credat.

Executionis] At vero executio ex actione fluit. Non ergo video, qua ratione asseri queat, quod actio aliud, & executio etiam aliud fundamentum habeat.

Probationis] v. g. in omnibus contractibus consensualibus, emtione, locatione, &c. Idem est in realibus.

P.169. *Conditionis*] E. si in chirographo extet: Wofern nun der Creditor mir solche 2000 Rthl. würcklich zahlen wird / so verspreche ich alsdann &c. Hoc casu nunquam oritur obligatio ex chirographo, nisi creditor probet, conditionem impletam esse.

Late] i. e. ut omnem rem fungibilem sub se comprehendat.

Aliis causis] v. g. in confessione de accepta dote & quoties confessio in antecessum fieri solet, quod Autor *pag. seqv.* ipse declarat.

Vel sperata] Hæc verba: *Data vel sperata*, (in aliquibus Editionibus legitur: *separata*, sed male) in Editione de An. 1701. omissa sunt. Si enim data est pecunia, tunc revera est mutuum, sperata E. saltem esse debet.

Necessaria] Alias enim non constat, qua intentione dari debuerit pecunia & annon forsan donatio subsit, vel haberetur potius instrumentum tunc pro apocha, quam pro chirographo.

Civilis] Quæ quidem tribuit actionem, sed inefficacem.

Mixta] Ex jure naturali & civili. Quod negligentes puniantur, est juris naturalis: quod vero biennium repetitioni chirographi præstitutum, hoc est juris civilis.

P.170. *Concurrentibus*] Casus hic est: Concurrunt intuitu ejusdem Debitoris duplices Cre-

Creditores, hypothecarii & chirographarii. Chirographariorum instrumenta, in quibus se fundant, jam ante biennium sunt confecta & sic nulla ipsis exceptio obstat. Intuitu eorum instrumentorum autem, quæ hypothecarii producunt, biennium nondum est clapsum, interim tamen Debitor & hæc debita hypothecaria simpliciter & absque opposita Exceptione non num. pecuniæ fatetur. Quæritur: annon chirographarii dictis hypothecariis eam Exceptionem opponere possint? Affirm. chirographariorum enim maxime interest, ne hypothecarii bona debitoris ipsis præripiant, quæ forsan omnium satisfactioni non sufficiunt.

Mercatores] Nisi jus cambiale, das Wechselrecht/ alicubi introductum.

Accesserit] Hoc enim eandem conditionem supponit, quam promissio principalis in se continet, scilicet, se restituere velle, modo soluta fuerit pecunia.

Publicarum] Nam hæ nunquam in antecessum dantur. Sic quoque in Transactionibus, quia causa utrinque dubia, nemo spe futuræ solutionis alteri chirographum, vel apocham tradit, sed omnia simul ex utraque parte expediri solent.

Protestatus est] Intra biennium scilicet. P.171.

Absentes] Qualis absentia hic requiratur,

tur, hoc ex *tit. Ex quib. cauf. major. in int. restit.* repetendum.

P.172. *Admittit*] v. *Us. pract. Dist. jurid. h. t. Dist. Dist. VI.*

LIB. XII. TIT. II.
De Jurejurando.

Possumus] In loco obstante *Matth. 5. v. 34.* Christus de solo juramento per creaturas præstito loquitur. Et sic prohibitio generalis ex subsequentibus verbis restringenda & explicanda.

P.173. *Justitia*] Ratione præteriti enim iniquitatem non involvit, si quis super re turpi juret, v. g. quod Titius homicidium commiserit.

Hodiernum] Imo non, prout fuse demonstravi *in pecul. Disp. de intellectu brocardici genuino: Omne juramentum servandum esse, quod salva salute æterna servari potest.*

P.174. Treu und Glauben] Vocatur assevératio, quæ quomodo a juramento, obtestatione & contestatione differat, v. *Us. pract. Dist. jurid. h. t. dist. 13. 14. 15.*

Solenne] Vid. *Us. pr. dist. 3.*

Errore juratu] Hic de jure civili idem obtinet, quod alias de errore in conventionibus dicitur, eum excludere consensum, præcipue si circa substantialia negotii versetur.

Prohibitio] v. g. si quis juraverit, se majores

jores usuras solvere velle, quam in LL. civilibus permissum.

Honestam] v. g. quod alteri 100 dare velim, aliud, si juraverim, quod alterum injuria afficere velim. Sed hæc distinctio nullius est momenti, cum justitia juramenti, non *ex qualitate rei promissæ*, sed *ex qualitate personæ exigentis* dijudicanda. P. 175.

Promissorium] v. *Us. pract. diss. h. t. diss. 4. & 5.*

Obs. l. 34.] In vulgata Editione legitur *neque*, sed in Pandectis Haloandrinis *aque*. Ex quo patet, vulgatam Editionem maximis mendis scatere. P. 177.

Stuprum confesso] Non enim sequitur: Est confessus stuprum, E. promisit matrimonium. Pleraque enim stupra absque tali promissione fieri solent. P. 179.

Defensionis] v. g. si inquisitus alleget, se alterum per modum legitimæ defensionis interfecisse.

Causam dederit] Hoc in criminalibus semper factum est, quando juramentum purgatorium defertur, E. etiam expensæ semper sunt refundendæ. P. 180.

Adjudicantur] Quamvis enim hoc casu Victor, i. e. superior in lite evadat, qui juravit: alter tamen probabilem litigandi causam habuit, quia jurantem non leviter gravavit indiciis contra illum adductis.

Libera voluntate] E. simpliciter dicere

 potest:

poteſt: Nolo jurare. Ad conventiones enim nemo cogitur & ſic pœna jurare nolentium hic locum non invenit.

Calumnia] Imputet enim ſibi, quod acceptaverit, quia hoc in libera ejus voluntate conſiſtebat, quod in juramento judiciali ſecus.

Referri poteſt] Eo effectu, quod alter, cui refertur, illud præciſe acceptare debeat. Nam ad hanc etiam conventionem alter non cogitur, quippe quam deferendo juramentum non intendebat.

P. 181. *An juratum*] ſi tamen perjurium poſtea probetur, pœna publica perjuro infligi poteſt. Actio ad privatum vero intereſſe ceſſat, quia ſemel ita conventum, ut alter juret.

Inſtituere] v. g. vel rei vindicationem, vel hanc actionem.

Datur Reo] Qui ad delationem Actoris juravit, actori non competere actionem.

P. 184. *Proprium factum*] v. g. ſi tibi detuli juramentum, annon habueris animum injuriandi, vel me decipiendi in contractu, &c.

P. 186. *Per interlocutoriam*] Hunc in modum: Würde Kläger in ſupplementum ſchweren/daß * * * ſo ergehet alsdann in der Sachen ferner/was recht iſt.

Definitiva] Cujus tenor: Würde Kläger ꝛc. ſo iſt alsdann Beklagter ihm die libellirte 1000. Rthl. zu bezahlen ſchuldig.

Refer.

Reperta] Hic enim non adest conventio partium, quia Judex juramentum detulit. Secus ergo in juramento a partibus delato. P. 187.

Ante Litem contestatam] Ratio juris Romani est, quia ante L.C. causa apud Judicem pedaneum non ventilabatur, sed apud Prætorem. Hodie E. dum Judex statim ab initio cognoscit, sine dubio aliud dicendum est. P. 189.

Temeritatem] Temeritas est instar latæ culpæ, calumnia vero est dolus. P. 190.

LIB. XII. TIT. III.

De in Litem jurando.

Omnia, quæ sub hoc titulo aliquam dubietatem habere possunt, fuse explicavimus in *Uſ. pract. Diſt. b. t. Diſt. I. & II.*

Emti] Recte. Nullibi enim in jure fundatum, quod tunc saltem juramentum affectionis præstari possit, quando de *restituenda* re, non autem, quando de *tradenda* ea solum agitur. Sufficit enim, me habere *jus perfectum*, quod alter injuste intervertere studet. P. 192.

Sublata] Imo est sublata, vel potius nunquam fuit, prout fuse deductum *diſt. I. b. t.* P. 193.

Extra rem] Vide hanc materiam plene excussam sub *Diſtinct. II. b. t.* P. 194.

LIB. XII. TIT. IV.
De Condictione causadata, causa non sec.

Quasi Contractu] Ne scilicet accipiens locupletior fiat, cum dantis damno.

P. 195. *Promissionem*] v. g. si alteri chirographum do & in eo me 100. soluturum promitto, ut negotia mea expediat.

Acceptilationem] v. g. si alteri apocham trado & debitum remitto, ut Cajam ducat. Tunc si ille Cajam non ducit, apocham repeto.

Nudum factum] v. g. Expedivi negotia tua, ut vicissim mea expedires. Hic expeditio negotiorum semel facta amplius retractari nequit, sed ad interesse agendum.

P. 196. *Secundum quid*] v. g. dedi, ut Cajam duceres. Tu vero eam ducere non potes, quia deprehenditur, quod sit in gradu prohibito. Supponendum autem, dantem hoc nescivisse.

Sciverit] v. g. do, ut Salam ebibas.

Ignoraverit] v. g. do tibi, ut statim hoc momento pauperibus centum des. Tu vero non potes, ob defectum pecuniæ, quem ego ignorabam.

Cessat condictio] Supponendum hic, quod alter *speciem* dare debuerit. Tunc enim obtinet vulgatum, debitorem speciei inter-

interitu ejus liberari. Quantitas autem & genus non perit.

Sine consentiente] Hoc ita intelligendum: Dedi tibi statim per anticipationem. Tu quidem accipis, sed nondum promittis, quod vicissim dare velis, sed adhuc deliberas, & tunc pendente deliberatione res, quam ego a te expetebam, moritur. Tunc, quia nondum pure consensisti & sic contractus nondum perfectus est, rem, quam ego tibi dedi, retinere nequis, sed ego eam repeto.

Personam] v. g. Dedi, ut ædificium extruas. Tu ægrotare incipis, quæritur, an nihilominus operis non præstitis promissam mercedem retinere possis?

Absolute talis] i. e. qui non contingit circa personam facientis, sed circa rem, cujus intuitu factum præstandum erat, v. g. debebas manumittere Stichum, sed hic mortuus est. Præstandum ergo hic erat factum non nudum, sed tale, quod datio nem simul involvebat. E. sic idem juris est, quod paulo ante dictum, debitorem speciei liberari speciei interitu.

Procuratorem] Ad hunc enim quadrat ratio totius tituli, ne scilicet locupletior fiat, cum dantis damno. P. 197

Cautiones] i. e. Chirographum.

Liberationes] i. e. Apochæ.

Usura] Ratio juris Romani, quia subest nego-

negotium stricti juris, in quo usuras non adjudicat judex pedaneus, Hodie autem secus.

LIB. XII. TIT. V.
De Condictione ob turpem, vel injustam causam.

P. 198. **D**Uæ] An revera sint duæ distinctæ actiones; hoc plene excussum in *Us. pract. Distinct. jurid. dist. I. h. t.*

Quasi contractu] Pro Autoris sententia militat, quia alias accipiens, si non redderet, fieret locupletior cum dantis damno, quod est fundamentum quasi contractuum. Sed addi debet, illam regulam tunc solum locum habere, si quis in re licita versatur, quod hic aliter se habet, alias enim fur quoque ex quasi contractu obligatus esset, quod tamen nemo statuit unquam.

P. 199. *Heredes*] Ex hypothesi Autoris, quia condictio hæc ex quasi contractu oritur, qua hypothesi negata hic idem juris erit, quod alias in obligatione ex delicto obtinet.

LIB. XII. TIT VI.
De Condictione indebiti.

IN *specie*] Generaliter enim accepta etiam præcedentes condictiones sub se complectitur.

Quasi contractu] Iterum ex eo fundamento, ne accipiens locupletior fiat cum dantis damno. P. 200.

Necessaria] i. e. si existimem, me alteri ex contractu, v. g. mutui, obligatum esse, ex quo alteri contra me competeret actio, ita ut invitus etiam solvere debeam.

Imperfecta] quam ego adesse putabam, sed quae revera tamen non adfuit.

Non repetitur] Hic enim, quia causa necessaria non aderat, alter, dans scilicet, sibi imputet, quod mox addationem provolaverit & non prius diligentius inquisiverit in circumstantias facti.

Dodrantem] v. g. si heres ex errore facti Legatariis plus, quam dodrantem solverit, ita ut Quartam Falcidiam non retinuerit. P. 201.

Naturale tantum] v. hic omnino *Us. pract. Dict. jur. h. t. dict. 3.*

Habetur] Quia & jus naturae dictitat, quod litium aliquando finis esse debeat, & alter sibi imputet, quod non appellaverit, si remedium appellationis adhuc superfuit. P. 202.

Veterum] Hanc contrariam plene excussimus *sub tit. de jur. & fact. ignor. dict. II.* P. 204.

Pro errante] Magis enim in eam sententiam inclinasse censetur, quod non amplius debeat.

Existimaverit] Licet enim in jure erraverit,

verit, ipsius error tamen danti præjudicare non potest.

P.205. *Distingvendum*] Tota res eo redit: Actor regulariter probare tenetur, se indebite solvisse. Exceptio est, nisi fuerit homo minus diligens, ut fœmina, pupillus, rusticus, miles, & totum, quod solvit, se indebite solvisse, nec unquam debuisse dicat.

Extinctum] v. g. per præscriptionem.

Munitum] v. g. Exceptione solutionis, compensationis &c.

P.206. *Solverunt*] Seu potius, qui damnum ex illa solutione patiuntur, uti ex omnibus exemplis subjectis appatet.

Aut aliud] v. g. Aut Titius centum, aut Cajus equum dato.

Accipientes] i. e contra omnes, qui ex facta solutione locupletiores fierent.

Delegantes] v. g. prætendis à me centum, ego dico, me non habere pecuniam paratam, quia vero Cajus mihi etiam centum debet, hunc ego tibi delego. Postea apparet, me tibi nihil debuisse, E. etiam delegatio ex etrote facta est & sic revocanda.

P.207. *Liberatio*] i. e. apocha ex errore data, quia putabam, te jam solvisse.

Transactionis causa] Quia in omni transactione unus errat, & sic est error prævisus.

Non

Non observari] Quia pœnæ mendacii P. 208. cessant in Germania, ob cessantes interrogationes, quæ olim a Prætore fiebant.

LIB. XIII. TIT. I.
De Condictione furtiva.

Actio furti] v. *Uf. pract. dist. h. t. dist. II.*

Famosa] Quoad infamiam juris, bene P. 209. quoad infamiam facti.

Irregularis] In præcedentibus enim semper fuit translatum dominium, E. illæ dantur non domino adversus dominum. Sed in furem non transfertur dominium.

Non tenetur] Sed hoc solum, quod furtem ex ipsius custodia abstulerit.

Videtur] Quia scilicet ex hujus custo- P. 210. dia res est ablata, ad quod in præsenti actione principaliter respicitur.

Hæc actio] Quia enim succedunt in locum defuncti, E. ex ipsorum custodia res ablata esse censetur.

Consilium] Generale scilicet. Aliud si speciale fuerit.

Pervenerit] Thesis vera est, sed ratio, quam DD. dare solent, quia fur in mora est, non quadrat, prout ostensum *dist. II. h. t.*

Nequit] Ex male intellecto brocardico: P. 211. Mit dem Tode wettet man dem Richter und büsset dem Kläger. Wette scil. significat pœnam publicam, Busse privatam. E. Actor non potest pœnam exigere. Sed hic non

non est quæstio de pœna privata, sed de ipsius rei persecutione.

Non obstante l. 9.] Loquitur illa lex de casu, si intuitu eorum, quæ quis delicto acquisivit, v. g. per interuecionem proximi consanguinei, nemo alius concurrit, qui illa prætendere possit. At vero hic concurrit dominus rei furtivæ & sic fur revera ea non acquisivit.

LIB. XIII. TIT. II.
De Condictione ex Lege.

P. 212. *Diljudicandum*] An scilicet aliquid petatur, ut adversarius reddat, vel restituat, an vero id saltem urgeatur, ut adversarius agat, prout exemplum in verbis præcedentibus de provocatione ex L. Diffamari adductum fuit.

LIB. XIII. TIT. III.
De Condictione Triticiaria.

P. 213. Hæc revera nihil aliud est, quam actio ad interesse, si alter justo tempore non solvit. v. g. Emi ante spatium semestre quantitatem frumenti, quam venditor statim tradere debebat, & si tradidisset, ego alterum tantum lucrari potuissem. Sed post elapsum spatium semestre demum satisfacit contractui, ubi pretium frumenti jam decrevit. E. tunc datur condictio Triticiaria.

LIB. XIII. TIT. IV.

De Eo, quod certo loco dari oportet.

Quæ circa hunc titulum tam quoad theoriam, quam praxin scitu necessaria sunt, ea fuse deduximus in *Uf. pract. dist. b. t. dist. I.* P. 214.

Culpa vel mora] E. g. si debitor dicat & juramento asserere velit, se libenter solvere voluisse, sed nullam pecuniam accipere potuisse. Propterea enim alter damnum pati non cogitur. P. 215.

Interesse Rei] Brunnem. *ad l. 2. pr. h. t.* hoc ita explicat, si Reus prohibitionem superioris, quod solvere non debeat, arrestum rei solvendæ, negotia publica, &c. probare possit, quod scil. eo casu quantitas petita minuatur.

In litem] Ratio Autoris est, quia in judiciis stricti juris huic juramento locus non datur. Sed hoc jam refutavimus supra *ad tit. de in lit. jurand. & ibi alleg. Uf. pract. Distinct.*

LIB. XIII. TIT. V.

De constituta pecunia.

Contractus] Sub. in sensu juris Romani, quia nec inter reales, verbales, consensuales &c. deprehenditur. P. 216.

Proprium] Ex primo pacto nudo enim non oriebatur olim obligatio, oriebatur vero, si geminatum erat.

Intercessionis] Olim non erat fidejussio propriè sic dicta, quia hæc per stipulationem fieri debebat.

Æquitatem] Quia nimis grave videbatur Prætori, geminatam fidem fallere.

P. 217. *Donationis*] Prior enim promissio metu extorta nullum effectum habet. Et olim ante *l. 35. C. de donat.* donatio per unum pactum facta non producebat obligationem.

P. 218. *Appareat*] v. g. ex præcedenti discursu.

Possessorum] Plene de hoc actum in *usu pract. dist. jurid. h. t. dist. I.*

Pœna] Hæc enim est loco interesse, non minus ac pœna emtioni adjecta, der Reukauff.

LIB. XIII. TIT. VI.

Commodati vel contra.

P. 219. *Utriusque*] *v. Us. pract. dist. h. t. dist. I.*

Nuda] i. e. nuda detentio. Ergo non potest usucapi res commodata, licet longissimo tempore possideatur.

P. 220. *Usus gratia*] in hoc differt à Deposito.

Rei natura] v. g. si commodavit equum, ut Lipsiam proficisci possim, tunc duos ad minimum dies equum mihi relinquere debet.

Impediveris] v. g. si ob adversam valetudinem iter suscipere non posui. Commodans enim ultra ea, quæ semel concessit, non tenetur.

In

In specie] In hoc differt à mutuo.

Pretiosior] Hoc est contra principia P.222.
juris Romani, quippe juxta quod incrementum & decrementum pretii gradum culpæ præstandæ nec auget, nec minuit. Juxta regulas justitiæ E. res vilior commodata adhuc præferenda rei propriæ pretiosiori. Sed regulæ prudentiæ contrarium persvadent. Nam si v. g. res propria est 200, res commodata autem 100 thaler, tunc si ego rem commodatam præferrem, 200 th. amitterem, ast si rem propriam præfero, tunc licet commodanti 100 th. tanquam pretium rei peremtæ solvere necesse habeam, (quod jubent regulæ justitiæ) nihilominus tamen adhuc 100 th. retineo & de meo servo. Autor vero putat, quod nihil commodanti persolvere necesse habeam, quod est contra dictas regulas justitiæ.

Malitia] v. *Us. pract. dist. jurid. b. 1, dist.* P.224.
VII, ubi etiam in sequenti *Dist. IIX.* materia de tribus gradibus culpæ plene excussa fuit. Conf. etiam *Dist. IX. X. & XI.*

Precario] Rationem reddunt nonnulli, P.228.
quia dans sibi imputare debeat, quod non statim iterum repererit rem concessam; sed hæc ratio non sufficit. Maxima enim esset impudentia, si accipiens hoc danti objiceret, à quo beneficium accepit. Melior E. videtur aliorum ratio, qui dicunt,

quod in precario non adsit tanta utilitas, quanta in commodato, quia scilicet in precario repetitionem rei concessæ quovis momento timere necesse habeo, & sic eam ad certum usum applicare nequeo.

LIB. XIII. TIT. VII.
De Pignoratitia actione.

P. 230. *Jus in re*] Hinc inter species juris in re etiam pignus deprehenditur.

Simplicis] v. g. quod ex nudo pacto debetur, quamvis enim tale pactum jure Rom. non produceret actionem, attamen, si pignus datum erat, Creditor exinde habebat exceptionem, quod sc. pignus restituere non teneretur, antequam debitum solutum erat, *l. 5. l. 14. §. 1. ff. de pignor.*

Contractum] Unde inter quatuor contractus reales & sic inter species juris ad rem deprehenditur.

Capienti] Alias enim pupillus non obligatur ad culpam levem præstandam, sed imputet sibi debitor, quod soli pupillo dederit.

P. 231. *Eventus*] Sic frumentum singulis annis non æque nascitur.

Pretio] Sic frumenti singulis annis non est idem precium.

Certi] v. g. annui reditus, tewfene Binsen.

Jura-

Juramentum] Hoc erroneum, quia lex prohibitiva adest. P. 232.

Hypothecariam] Hypothecaria datur creditori ex jure in re, adversus debitorem & quemcunque possessorem, debito nondum soluto, ad consequendam possessionem rei oppignoratæ: pignoratitia datur debitori ex jure ad rem, adversus solum Creditorem, debito jamdum soluto, ad recuperandam possessionem rei oppignoratæ. P. 233.

Fidejussorem] Si forsan hic debitum solvit creditori & ab eo pignus accepit. Si tunc debitor pignus a fidejussore reluere vult, habet actionem mandati directam.

Occasione] Quo etiam pertinet, si creditor thesaurum in re oppignorata invenerit. P. 234.

In l. 13. §. 1.] Ad hanc legem respondimus *Disp. IX. tit. ff. Commodati*.

Nuda cautione] Verbali sc. promissione. Quod hodie non aliter procedit, nisi quis sit possessionatus.

Nullius omnino] v. g. si intra paucos dies, vel septimanas emtor pretium solvere velit, tunc tamdiu debitor expectare tenetur. P. 235.

Non b. f.] i. e. ante moram, vel viliori pretio, ubi majus consequi potuisset.

Restituat] Non E. liberatur prestando interesse. Adest enim factum non nudum, seu, res est præstanda.

LIB. XIV. TIT. I.
De Exercitoria actione.

P. 236. [*Nistar directa*] Sic quando Exercitorem ex proprio mutuo convenio, actio est stricti juris: E. si ipsum convenio ex mutuo a Magistro accepto condictione certi ex mutuo exercitoria, hæc quoque stricti juris est.

Stricti jure] i. e. jure antiquo subtili, juxta quod jura & obligationes illius officiis inhærent, cum quo contraximus. Sed Prætor æquitarem secutus, Exercitorem & Magistrum navis pro una eademque persona habet.

P. 237. *Ætatis*] Imputet enim sibi Exercitor, quod v. g. minorem magistrum suum constituerit.

Simpliciter] i. e. sine distinctione officiorum.

Alio versus] v. g. ludendo perdat, vel potando. Si enim hoc casu non haberet actionem creditor, nemo certe magistro aliquid crederet, ex quo tamen exercitori maximum damnum interdum obvenire posset.

P. 238. *Elective*] Non cumulative, quia utraque actio tendit ad idem, scilicet ad rem persequendam.

Differentia] Ex eadem ratione, quia utraque actione idem consequor.

LIB.

LIB. XIV. TIT. II.

De L. Rhodia de jactu.

L. *Aquilia*] Contra magistrum navis *P. 239.* scilicet.

Armamenta] v. g. malus, anchora, &c. Aliud vero est, si malus per violentiam tempestatis & ventorum sine facto magistri navis in mare projecta, aut anchora abrupta. Tunc enim hoc damnum non resarciunt navigantes. Elegans est simile in *l. 2. §. 1. ff. h. t.* ubi dicitur, si faber incudem, aut malleum fregerit, hoc non imputari ei, qui opus locavit. E. nec vectoribus, si armamenta navis fracta.

Avarie] Quintinus Weitsen *in tr. de Avaria,* qui Hamburgi in lingua Germanica etiam prodiit, hoc deducit à voce græca βαρυς, onus, & particula privativa α, unde αβαρυς, quasi sine onere.

Liberis] E. regula ita formanda: Quicunque ex jactu utilitatem sentit (1.) in bonis suis, (unde excluditur liberum corpus, aliud in servis,) & (2.) in talibus bonis, ex quibus locupletior fit, (unde excluduntur cibaria,) ille obligatus est ad contributionem. *P. 240.*

Diripuerint] Tunc enim nihil factum est *P. 241.* in reliquorum utilitatem, sed tertius extra navem constitutus fecit & navigantes mere passive se habuerunt.

Vicini] Ad quos probabiliter pervenisset ignis, quod ex æquo & bono dijudicandum, nam ad punctum redigi nequit.

LIB. XIV. TIT. III. De Institoria actione.

Illam personam] E. S. statim ab initio dicat institor, quod v. g. à Titio, principali suo, ad contrahendum missus sit, tunc contra Principalem datur actio directa, quia hujus fidem secutus est contrahens. Istud enim est principium juris Romani, quod eum directo convenire possim, cujus fidem principaliter secutus sum.

P.242. *Mandatum*] Si certa merces non est determinata.

Locationem] Si certa merces ab initio promissa.

Institores] Hoc erroneum esse, demonstravimus in *usu pract. diss. b. t. diss. I.*

P.244. *Quasi Institoria*] v. quæ diximus *ad Diss. II. b. t.*

LIB. XIV. TIT. IV. De Actione Tributoria.

P.246. *Ex Contractu*] Hoc erroneum. Vide, quæ late deduximus *Diss. I. b. t.*

Exorbitantem] Ex hypothesi Autoris, quasi ex contractu nascatur hæc actio, *vid. cit. diss. I.*

LIB.

LIB. XIV. TIT. V.

Quod cum eo, &c.

NIhil propriu] Scil. nec castrense, nec quasi castrense peculium. In bona adventitia executio fieri nequit, quia in illis ususfructus Patri competit & sic executio in ejus detrimentum vergeret. P. 247.

LIB. XIV. TIT. VI.

De SCto Macedoniano.

NEgat] SCtum Macedonianum enim, ut omnes LL. civiles, ad subditos spectat. Et idem in Principibus imperii obtinet. Sicut enim hi Leges ferendo ad solos subditos (quales non sunt filii) respiciunt: ita quoque Leges Romanas pro solis subditis receperunt. Receptio enim non habet majorem autoritatem, quam ipsa Legislatio. P. 249.

Habeatur] Hoc etiam in contractibus non requiritur. Sufficit interim, quod filius intuitu horum bonorum mortem patris expectare necesse non habeat, unde ratio SCti cessat.

Gratuitum] Corruptio enim nihilominus exinde oritur. P. 256.

Reditibus] i. e. Si pecunia ita suppeditetur filiofam. ut illam perpetuo quidem retineat, sed Creditori quotannis certum

reditum solvat. Iterum enim juventus & hoc modo corrumpitur.

Contrahatur] v. g. Emisti à me vestes, deinde stato tempore solvere non potes, E. mihi tradis chirographum, quasi residuum pretium ex mutuo debeas.

Personale] Imo non est privilegium proprie sic dictum, sed jus singulare, quod communiter ad heredes transmittitur, v. quæ not. *ad tit. de Const. princ.* de differentia inter privilegia personalia & jura singularia.

P.251. *Constituendo*] Per nudum pactum.

Novando] Per stipulationem.

P.252. *Negant*] Horum sententia verior. Non enim defectus eruditorum erit, licet hic filiusfam. literis non incumbat. Et valde difficile probatu erit, quod aliquis tanto ingenio præditus, ut certum sit, eum monstrum eruditionis evasurum esse. Optima enim ingenia utplurimum degenerant.

LIB. XV. TIT. I.
De Peculio.

P.253. *UNiversitas*] *Rerum* scilicet, cui contra distingvitur universitas *juris*, hereditas.

Castrense] De usu distinctionis peculiorum diversorum fusissime actum in *us. pr. h. t. diss. I.*

P.254. *Præmio*] Hoc enim intuitu peculii adven-

ventitii solum locum habebat olim, v. infra p. 257. In castrensibus nulla emancipatione opus, & sic neque præmio locus.

A principe] Hoc ita simpliciter dicine-*p.257.* quit, sed ad causam respiciendum est, quæ Principem ad donandum permovit. Si enim donavit propter benemerita militaria, ad castrense; si propter merita civilia, ad quasi castrense; si ex solo affectu & abstrahendo à talibus meritis, ad peculium adventitium referenda erit donatio.

Acquirebantur] Plene scilicet, quoad *p.256.* usumfructum & quoad proprietatem. Olim enim conditio liberorum & servorum ejusdem generis erat.

Propria industria] Ex artibus tamen il-*p.257.* liberalibus.

Præsumitur] Commendat hanc distinctionem Zasius *ad §. 10. J. de action. n. 7.* & per Jovem rogat, ut eam observemus, quippe qua in arduo negotio consultus parti suæ obtinuerit 3000. floren. Sed quid si pater dives sit & filius simul etiam artifex & industrius? Tunc pro filio possessore pronunciandum esse putarem, cum non præsumendum sit, filium aliquid subtraxisse, sed reliqui coheredes hoc probare teneantur, si illud asserant.

Retineat] v. supra *p. 126.* ab init.

Negat] Et recte quidem. Non enim sui juris fit filius per factum & beneficium patris,

patris, sed ipso jure, E. pater etiam præmium prætendere nequit.

P. 258. *Principis*] v. quæ paulo ante notavimus ad *p.* 255.

P. 260. *Patrimorum*] Recte. Nam omnia munera intuitu parentum hoc casu dantur & ad qualitatem infantis plane non respicitur. Petitur E principium, quando DD. dicunt, liberos habere tacitam hypothecam horum munerum intuitu & patrem nudum esse administratorem, & quæ sunt similia. Hæc enim asseruntur quidem, sed ex LL. non probantur, ex quibus tamen probatio desumenda erat.

Statim] i e. sine cessione, vel traditione a filio patri facta.

LIB. XV. TIT. III.
De in. rem verso.

P. 262. *Actio*] Jure civili stricto enim, nunquam dabatur actio, nisi contra eum, cum quo contraxeram, quia jura inhærebant ossibus contrahentium. Sed hanc subtilitatem respuit prætor, qui magis ad promotam utilitatem, f. ad rem, quam ad personam respicit.

P. 263. *Quæsita*] v. g. accepit pecuniam filiusfam. & illam alteri iterum mutuo dedit, simulque chirographum ab altero acceptum patri tradidit.

Condici potest] Ubi scilicet magis placebat

cebat æquitas prætoris, quam subtilitas juris civilis veteris.

LIB. XV. TIT. IV.
Quod jussu.

Ministerio] i. e. Si filius, vel servus statim ab initio contractus dicit, quod jussu domini, vel patris contrahat, tunc enim alter contrahens non fidem filii, aut servi, sed domini & patris sequitur, & sic directam habet. Ergo in toto titulo supponendum est, quod quis ab initio cum filiofam. vel servo ignorans eum esse talem, vel dominum jussisse, aut patrem, contrahat, & hoc ex post facto demum rescifcat. P. 264.

Alias jussus a mandato differt. *Jussus* dirigitur ad servum & filiumfam. & sic non est contractus, sed servus & filiusfam. debet parere. *Mandatum* dirigitur ad hominem liberum, in cujus arbitrio est, an velit illud suscipere, annon.

LIB. XVI. TIT. I.
Ad SC. Vellejanum.

Illustres] Quoad eas, quæ superiorem non agnoscunt, seu, quæ non subditæ, facile consentio. Quoad alias vero, v. g. fœminas in feudis mediatis succedentes & jurisdictionem habentes, dissentio, quia subdi- P. 265.

subditæ sunt & ideo juxta jus civile dijudicandæ.

P.266. *Suscipiat*] defensorio nomine scilicet.

P.267. *Donare*] Sed quid, si opponatur: Quicunque potest id, quod majus est, v. g. donare, ille potest etiam, quod minus est, v. g. fidejubere, hoc enim sine dubio minus est, quia non omnis fidejussor damnum patitur, at vero omnis, qui donat, amittit aliquid. Respondetur, subesse hic maximam disparitatis rationem. Fœmina, quando donat, tunc certo prævidet, se aliquid amissuram esse, & sic satis antea deliberat, priusquam ad donandum accedit. At quando fidejubet, tunc inducitur à debitore sub spe, quod nunquam aliquid solvere debeat. Sed hæc spes sæpe fallit & sic satis non deliberavit nec ex certa scientia contraxit.

Juris errore] nam error juris a fœminis allegari potest, v. supra *tit. de Condict. indebiti.*

Fidejussoribus ejus] v. g. Si fœmina per novationem aliud debitum in se suscepit & alius pro ea fidejussit.

P.269. *Edoctam*] Hoc absurdum, quia deficit unus ex tribus comitibus juramentorum, scil. judicium. Et quomodo præsumi potest, jurantem cogitasse de omni beneficio Legum, quando illud beneficium ignorat? Erit sane cogitatio de re, quam ignoramus.

LIB.

LIB. XVI. TIT. II.
De Compensationibus.

Adfuerit]. Eadem hic subest ratio, quæ in priori casu suberat. Qui enim compensat, ille solvit & non contravenit juramento præstito. Renunciatio etiam in dubio non præsumitur, sed liquido probanda. P.270.

Statio] E. was mir die Kammer schuldig, kan ich nicht mit der Accise compensiren.

Nummi] Hoc verum quidem est eo respectu, ut possint vindicari & quod debitor eorum intuitu liberetur, de quo dicitur in allegatis Legibus; sed quod compensatio fieri nequeat, de eo nihil habetur in dictis LL. E. hæc locum omnino habere videtur, P.273.

Duos menses] Quod hodie non observatur. P.274.

Præscriptione] Opponi solet, haoc exceptionem omnino tempore ordioario præscribi, quia potuisset per modum actionis in judicium deduci, & sic culpa adest, si hoc non factum, ex quo fundamento etiam Exceptioni non numeratæ pecuniæ certum tempus præfinitum; sed resp. duo habere reum compensaotem remedia, ut scilicet compensatio vel per modum *actionis*, vel etiam per modum *exce-* P.276.

ptionis

ptionis fieri possit. At vero, quotiescunque jura duo indulgent remedia, toties mihi facultatem concedunt, alterum ex iis eligendi, quod utilius est. Magis commodum vero est, si per modum exceptionis compensem, quam si actionem instituam; E. negligentia his ita positus non adest. Certus etiam hic terminus hic non est statutus, ut in Except. non numeratæ pecuniæ, nec ab illa ad hanc valet consequentia.

Qualitas aliqua] v.g. si non utrinque debebatur quantitas, aut unum debitum non erat purum, nec liquidum, &c.

Salvum manet] Ita, ut in separato processu id prosequi possit.

LIB. XVI. TIT. III.

Depositi vel contra.

P. 278. **D***Epositum jure*] v. *Us. pract. dist. lib. 1. tit. 1.* ubi in præcedentibus reliquæ etiam distinctiones sub hoc titulo occurrentes expositæ.

Immobiles] Ita sine dubio, quia possunt custodiri. Distinctio dissentientium inter custodiam *rei* & *circa rem* est paulum obscurior, unde hactenus videre non licuit, quomodo una species ab altera differat, & si differret, cur non etiam de custodia immobilium dici possit, quod sit *custodia rei*? Illud porro opponitur: quod custodia

dia rei immobilis involvat facti curam & sic degeneret in mandatum; sed resp. etiam custodia rei mobilis facti curam involvit, E. & hoc erit mandatum. Dicis; custodia rei immobilis majorem curam facti involvit; Resp. magis & minus non variare rem. Deinde diversa facta hic confunduntur. Alia enim tendunt ad *novi negotii expeditionem*, v. g. ut alter ædes reparari curet, ut pensiones ab inquilinis exigat, &c. & tunc vocatur mandatum: alia vero tendunt ad *solam inspectionem & rei conservationem in eo statu, in quo est*, & hæc non faciunt mandatum. Denique *l. 5 §. 4. ff. de P. V.* plane non obstat, quippe quæ de re immobili plane non loquitur.

Incidit] v. g. in Mandatum, commodatum, pignus &c.

Restitui potest] Non vero debet. Nam P. 280. licet alter cautionem præstet, nihilominus tamen processus & incommoditas exinde oriri potest.

Comparavit] Quia res non succedit in P. 281. locum pretii. E. tertius conveniri nequit nec ab eo res pro pecunia deposita comparata vindicari potest.

Utriusque] v. g. si deponam rem, ut simul sit loco pignoris. P. 282.

Versatur] i. e. si species deposita ejusque usus concessus, tunc enim fit commodatum.

Transferit] Quod fit, si quantitas deposita ejusque usus concessus.

Minoris pretii] Ad hoc non esse respiciendum, diximus ad *tit. Commodati voc. pretiosior p. 222.*

P. 283. *Simplices*] E. in quarta Creditorum classe est ultimus.

Habentibus] E. tunc in quarta classe est primus. De classibus creditorum in concursu agetur *infra ad tit. de reb. aut. jud. possid.*

P. 284. *Fructus colligis*] Et tamen non fit mandatum. Quod iterum notandum contra eos, qui dicunt, rerum immobilium non posse esse depositum.

LIB. XVII. TIT. I.
Mandati vel contra.

P. 285. *Mandantis tantum*] v. *Us. pract. dist. h. t. dist. III.*

Intercedant] v. g. si mandent, ut tertio solvam.

Suscipiant] quod fit in actibus judicialibus.

P. 286. *Certa*] Non E. nascitur obligatio, si dicam: Emas mihi aliquid. Res emenda enim ad minimam quantitatem redigi potest.

Locatione] Ad Mandatum duo requiruntur: (1.) ut merces proportionata non promittatur, (2.) ut merces confi-

ftat in pecunia numerata. Si prius ex his deficit, tunc vel eft Locatio, vel contractus do ut facias. Locatio, fi merces promittitur pro artibus illiberalibus; do, ut facias, fi pro liberalibus. Si posterius deficit, tunc indistinctè eft contractus do, ut facias.

Commendatio] v. *dift. IV. h. t.* P.287.

Æquipollens] Exemplum habet Beyer. P.288. *Posit. ff. h. t. pos. 18.* fi tibi mandem, ut equum meum vendas & annulum ejus pretii emas, tu vero equum cum annulo permutaveris. Tunc enim mandantis nihil intereft.

Levissimam] Nobis verius videtur, quod folum levem præftet, prout deduximus ad *tit. Commodati in Us. pract. dil. dist. IIX.*

Cessionem] v. g. Si pecuniam nomine P.289. principalis à debitoribus exactam alteri iterum credidit. Ex tali contractu enim principalis juxta fubtilitatem juris Romani fine ceffione agere nequit, quia contractus & inde orientia jura offibus contrahentium inhærent, & per confequens offibus mandatarii.

Mutata] v. g. Si mandatarius prodi P.290. gus declaratus, vel mente captus factus &c.

Mandantis] Quem enim pater pro idoneo reputavit ejusque induftriam elegit, cum filius non mox pro tali agnofcit.

LIB. XVII. TIT. II.

Pro Socio.

P.291. [Universalis] v. *us. pract. Diss. jurid. h. t. diss. I.*

Dici posset] Non societas universalis, sed societas respectu universitatis juris, i. hereditatis.

P.292. *Ipso jure*] vid. *cit. diss. I.*

Ad fructus] vid. *diss. II. h. t.*

P.293. *Contrahitur*] Contrarium habetur in *l. 5. §. 2. ff. h. t.* unde hic maxime in Autorem aliosque invehit. Dn. Beyer *posit. ff. h. t. pos. 25.* Sed distingvendæ sunt duæ quæstiones: (1.) an ita adsit societas? quod negamus, (2.) annon interim conventio valeat in vim pacti? quod affirmamus, præsertim juxta mores hodiernos.

Dies vitæ] Ita tamen, ut ob orientes lites iterum non obstante contractu recedere liceat.

P.294. *Non alia*] v. g. si socius in itinere constitutus ludendo aliquid perdidit.

Competentia) v. hic omnino *cit. diss. I. h. t. p. 31. ab init.*

P.295. *Morte*] Quia ad industriam personæ hic respicitur, quæ ad heredes non transmittitur.

Causa] v. g. si oriantur lites & discordiæ: aut si socius renuncians morbo fontico laboret, &c.

In solidum] Hoc ex principiis juris P.*296*. probari nequit. Actio enim de in rem verso competit, quatenus aliquid est versum in utilitatem ejus, contra quem actio instituitur. At vero in unius socii utilitatem integra res non est versa, sed pro rata saltem, E. etiam pro rata saltem competit actio. Non obstat, quod socii bona pro indiviso possideant; Nam & tunc, quando contrahunt ipsi, bona pro indiviso possident, & nihilominus tamen pro rata saltem conveniuntur, prout ipse Autor paulo ante ipse asseruit.

Interim tota materia de sociis cum extraneis contrahentibus hisce Regulis includitur:

1. Si ipsi socii omnes contrahunt, tunc pro rata obligantur & pro rata habent actionem, nisi aliud conventum.

2. Si unus ex sociis proprio nomine contraxit nec exinde aliquid versum est in utilitatem reliquorum, tunc solus socius contrahens obligatur. Sin autem aliquid versum, tunc reliqui socii singuli pro rata conveniuntur.

3. Si unus ex sociis nomine reliquorum contraxit eorumque institor est, tunc ille solus habet actionem ex subtilitate juris, nisi jus suum cedat, aut non sit solvendo; singuli socii vero ex hoc contractu in solidum conveniuntur.

4. Si non est institor, tunc iterum videndum, an aliquid versum in utilitatem reliquorum, annon.

LIB. XIIX. TIT. I.
De contrahenda emtione.

P. 298. *Jura Gentium*] Quia Lex civilis nullam peculiarem solennitatem hic requirit, sed solo consensu contenta est, qui apud plerasque gentes in contractibus sufficit.

Videtur] Notabilis controversia super hac quæstione intercessit illustri Strykio cum Prof. Wittenbergensi Leysero, de qua v. Stryk. *Caut. Contr. Sect. 2. Cap. 8. §. 2. & in additam ad fin. tractatus.*

Naturalis] v. *us. pract. dist. jurid. h. t. dist. I.*

P. 300. *Spem*) v. *Dist. III. h. t.*

P. 301. *Vendiderit*] Sed sine ratione, quamvis enim jactus in genere emtus, probabiliter tamen contrahentes solum de piscibus cogitarunt, non de aliis rebus. Ad non cogitata autem consensus non extenditur.

Per aversionem] v. omnino *Dist. IV. h. t.*

P. 302. *Uterque*] Sed & tunc nullus est contractus. Putarem E. legendum: *si talem esse ignoraverit uterque. Si vero vel solus emtor, &c.*

Causam] E. tunc uterque iterum ignoravit & sic nulla adest obligatio.

Off-

Officia] Aliud hodie in Gallia, civitate Hamburgensi, &c.

Divisa] Si certi limites ponuntur, aut P. 303. certa loca assignantur.

Prætendit] E. iterum recurrit regula: quatenus res aliqua est aliena, eatenus etiam potest emi.

Emtio] Carpzovii ratio in contrarium P. 304. adducta, quod pro contractu antiquiore (permutatione) præsumendum sit, limitanda est, si res in eodem statu permanserint. At vero illud in præsenti materia fallit. Olim siquidem non suppetebat pecunia, E. permutationes erant frequentiores, postquam autem pecunia in Rebuspubl. signari cœpit, emtiones magis frequentantur. Ceterum hodie, postquam nec in contractibus innominatis amplius pœnitere licet, hæc controversia non habet locum. Jus retractus enim non habet locum, sive pro emtione, sive pro permutatione pronuncies. Sufficit enim, quod simul res detur & sic negotium mixtum adsit.

Uno nummo] Vid. *Diss. V. b. s.*

Donationis] Quousque scil. donatio alias subsistere possit. E. non valet inter conjuges & ob ingratitudinem revocari potest.

Non excedat] Hoc erroneum. Quic- P. 305. quid enim, intuitu partium obtinet, illud

quoque intuitu arbitratoris juris esse debet, qui eorum vice pretium determinat. At vero partes non rescindunt contractum, nisi ob læsionem enormem.

P. 306. *Legale*] v. *Dist. VII h. t.*

P. 308. *Substantialia*] v. *dist. IIX. h. t.*

Interna] v. *dist. IX. h. t.*

P. 309. *Vitiantur*] E. si conjuges sibi pretii solutionem remittant, pactum vitiatur. Et hoc moribus aliter se non habet. Item negotium non subsistit, si pretium sit ultra 500 solidos & emtori remittatur, tunc enim insinuatione opus esset.

P. 310. *Augent*] v. g. ut venditor culpam levissimam præstet.

Minuunt] v. g. ut saltem culpam latam præstet.

Detur] Pro evictione.

Dupli] Itidem in casum evictionis.

P. 311. *Ex tunc*] v. omnino *Us. pract. dist. ad tit. de in diem addict. dist. I.*

Restituta] i. e. si emtor rem venditam & venditor pretium iterum restituat.

De emendo] v. *dist. VI. h. t.*

Minores] Adest enim alienatio necessaria.

P. 312. *Protimiseos*] v. *dist. X. XI. & XII. h. t.*

Reddit nullos) v. *tit. de dolo malo*, & quæ ibi diximus *dist. I.*

Redditur] Ex principiis Philosophiæ Stoicæ. De qua materia diximus ad *tit. quod metus causa.*

Ni-

Nihil agatur) Conf. supra *tit. de reb. cred. p. 166. ibi: fit consensu.*

Majus] v. g. Si venditor est Saxo & de florenis Saxonicis loquitur, quorum quilibet 21. grossis constat: emtor vero ex illis locis est, ubi florenus 16. gr. habet. *P. 313.*

Sensu] Imputet enim sibi emtor, quod non clarius exposuerit suam mentem & omnia, quæ tanquam accessoria desiderabat, specifice designaverit. Prætendit enim aliquid singulare, dum præter ipsum corpus alia uidem *non necessario cohærentia* desiderat, E. clarius debet loqui. *P. 314.*

Nihil omnino] Casus potest contingere, si debitor, qui metuit executionem, nonnulla bona ipsi maxime cara simulate in tertium transfert, ne in illa executio fieri queat. *P. 314.*

Clausulis] v. g. Si renunciant exceptioni: Rei non sic sed aliter gestæ, item si dicunt: alles getreulich und sonder Gefährde.

Si aperte] e. g. simulata venditio, quæ in donationem incidit, inter conjuges plane non, in aliis vero usque ad 500. solidos valet. *P. 315.*

Fundat] Hæ tegulæ, quas Autor suppeditat, nullius sunt valoris, sed hæc unica saltem est notanda: *quod interpretatio facienda sit contra illum, qui aliquid peculiare præter naturam contractus prætendit.* Ille

I 5 enim

enim clarius loqui potuisset & simul debuisset. Et juxta hoc principium omnes Leges explicari poterunt, quæ alias mox de emtore, mox de venditore, aut aliis loquuntur & contra eos interpretationem faciendam esse asserunt.

LIB. XIIX. TIT. II.

De In diem addictione.

P.316. *Thesaurum*] Itidem revocabiliter. Licet enim thesaurus non spectet ad fructus, sufficit tamen, quod dominium deinde ita resolvatur, ut fingatur nunquam extitisse. Si E. nunquam extitit, nullus etiam titulus acquirendi thesaurum adest.

P.317. *De illis verd.*] Placet negantium sententia, quia nondum certo constat, utrum res vendita in extraneum f. emtorem sit transitura, an non. Et sic etiam dici nequit, quod revera dominium (scilicet irrevocabiliter, nam deeo est quæstio) sit translatum.

Directiu] v. *dist. IV. h. t.*

P.319. *Suspensiva*] v. *dist. III. h. t.*

LIB. XIIX. TIT III.

De L. Commissoria.

P.321. *Minimum*] Venditor enim particularem solutionem post terminum præfinitum elapsum acceptare non tenetur.

Ipse

Ipso jure] Si scil. pactum verbis directis conceptum.

Negant] Imo rectius priores affirmant, P. 312. Idem etiam Autor statuit in materia emphyteuseos, ut emphyteuta, licet intra triennium canonem non solverit, moram tamen purgare possit, quamdiu dominus se nondum declaravit, quod jure suo uti velit, *v. p. 124.* Idem etiam statuit *p. 190.* intuitu ejus, qui in præstando juramento calumniæ moram admisit. Unde revera hic à seipso dissentit.

LIB. XIIX. TIT. IV.

De Hereditate & actione vendita.

Simpliciter] i. e. si certo dixerit, sibi de- P. 324. latam esse hereditatem.

Jure] Subtili scilicet, quia jura ossibus cohærent.

Accreverit] Maximum dubium est, quod venditori amplius accrescere nequeat, quia hereditatem non amplius possidet. Sed respondetur, venditorem tamen habere pretium partis venditæ, quod in universalibus in locum rei succedit.

Restituerit] Hæc assertio vera quidem P. 325. est eatenus, quod nihilominus jure accrescendi gaudeat ille, qui partem suam ex dispositione Testatoris fideicommissaria alteri restituit; interim ad præsentem materiam

teriam non admodum quadrare videtur, quia qui ita restituit, non est venditor hereditatis, sed quartam Trebellianicam retinuit.

P. 326. *Reales*] v. g. hereditatis petitionem, vel pro re nata rei vindicationem, &c.

P. 327. *Æstimatoria*] Quoad hanc, nec non quoad querelam inofficiosi & actionem donationis revocatoriam dissentio, quia tendunt ad vindictam & sic actori intuitu certæ qualitatis dantur, ob justum scil. dolorem. Sed hæc qualitas in cessionario non deprehenditur.

P. 330. *Personalibus*] v. *Us. pract. diss. jurid. b. t. diss. VI.* ubi etiam difficilis materia de differentia inter actionem utilem & directam perspicue explicata.

Bona] v. *diss. V. h. t.*

P. 331. *Agit*] Si æquitatem abstrahendo a subtilitate juris Romani respicias, melius diceretur, non quod cedens valide agat, sed quod debitor recte solvat, & id quidem non exinde, quod cedenti adhuc jus competat, sed quod debitor cessus sit in justa ignorantia facti alieni, cessionis scilicet factæ.

P. 333. *Per procuratorem*] Ratio dubitandi erat, quia regulariter Procurator non poterat alium substituere. Sed hoc ad Procuratorem in rem alienam restringendum.

Ipso

Ipso jure] Si remissum est debitum per acceptilationem & stipulationem.

Exceptione] Si remissio per nudum pactum facta.

Mortuus] Ratio dubitandi iterum exinde desumta, quia morte Principalis alias mandatum expirat, si quis est Procurator in rem alienam.

Addit Mesa] Si Cedentis interest, ut P.334. Cessionario privilegium cedentis tribuatur. Sed cum plerumque cedentis intersit, hæc limitatio revera totam regulam destruit, adeoque vix admittenda.

Possessionis] Casus hic est: Emi ædes. P.336. Tu instituis actionem hypothecariam ob debitum 1000. thalerorum. Emo illam actionem pro 600. thal. Hic a venditore ædiū integros 1000. thal. repetere possum.

Suscepit] Lex Anastasiana loquitur de P.337. casu, si quis *nomen activum* emit, & actionem instituere vult; sed hic susceptum est *nomen passivum*.

Hereditate] Hic enim revera alea subest, ob commoda & incommoda hereditati cohærentia.

LIB. XXIII. TIT. II.

De Ritu nuptiarum.

Publica] v. *dist. I. h. t.*

Ratum] v. *dist. II. h. t.*

Justum] de hac & sequentibus distin- P.441. ctioni.

ctionibus v. *diss. III. IV. & V. h. t. in Uss. pract. dist. jurid.*

Non sufficit] Cur non? Nam & in mandato consensus ad formam contractus pertinet, & tamen nihilominus ratihabitio admittitur. Dicitur quidem in textibus ab Autore citatis, quod consensus *precedere* debet; sed hoc de eo intelligendum, quod regulariter fieri solet, eo ipso autem alterum non excluditur.

P.442. *Sola paupertas*] Si scilicet sponsus aliquid didicit, ut sponsam, vel futuram uxorem alere queat.

Requiratur] De hac materia late egimus ad *diss. VI. h. t.*

Contraria] Hoc erroneum. Imo multi celeberrimi Viri hodie statuunt, quod nec in jure revelato divino polygamia prohibita sit, inter quos est Struvius, Strykius & nunc etiam Dn. Thomasius. Nec contra Polygamiam aliud argumentum adduci potest, quam quod Christus *Matth. 19.* ad circumstantias primæ creationis, tanquam vim legis habentes, provocaverit. Unde dicunt: si vim legis una habent, eandem quoque in alio habere debent.

P.443. *Permissum*] Quia accurate definiri nequit, quo anno facultas generandi & concipiendi definat, & sic semper aliqua spes adest obtinendæ sobolis.

Pers-

Peregrini] Hi non habebant usumfr. ex bonis adventitiis; non erant una persona cum liberis & sic inter se contrahere poterant. Uxor non gaudebat privilegio dotis.

Sciverit] Imo licet sponsa nesciverit, *P.445.* aut licet sponsus postea demum fiat vagabundus. Dicunt quidem: Uxorem non cogitasse de hoc casu; Sed resp. nec etiam cogitavit de casu relegationis mariti, & nihilominus tamen maritum relegatum sequi tenetur.

LIB. XXIII. TIT. III.

De Jure Dotium.

Pl[*ura*]*tivam*] v. *Us. pract. dist. jurid. h. t. P.446. dist. I.*

Promissa] v. *dist. II. h. t.*

Profectitia] v. *dist. III. h. t.*

Dotata] v. *dist. IV. h. t.* *P.447.*

Obst. f. C.) Hæc Lex non obstat. Loquitur enim de casu, *si pater dotem promisit*, & quærit: an de propriis, an vero de filiæ bonis promisisse præsumatur? Hic vero est casus, *si nihil promisit*, an tunc ad promittendum & constituendum cogi queat?

Obligetur] Scil. ad restituendum. Ex subtilitate, quia matrimonium ex intentione uxoris in perpetuum durare debet,

Pra-

P.448. *Præsumitur*] vid. supra *tit. de æstim. act.* *Ratio favoris*] i. e. cessat necessitas constituendi, & promissio ad minimam quantitatem redigi potest. Legendum E. *Nisi extraneus, vel uxor*, non autem, prout in antiquioribus Editionibus habetur: *Nisi pater, vel uxor*.

Thesaurum] Revera E. plus juris non habet, quam usufructuarius, eo solo excepto, quod rei vindicationem instituere queat, si res dotalis forsan ad tertium pervenerit, quod nequit usufructuarius.

P.449. *Propter nuptias*] v. *dist. V. h. t.*

LIB. XXIII. TIT. IV.

De Pactis dotalibus.

Contractus] v. *dist. I. h. t.*

LIB. XXIII. TIT. V.

De Fundo dotali.

P.450. *Commune*] Juxta quod domino alienare licet.

P.451. *Transferre*] Casus est: Uxor marito fundum in dotem dedit, quam tertius possidet. Maritus debuisset eum fundum petere, sed hoc non fecit, & 10. anni elapsi sunt. Tertius E. usucepisse videtur. Sed resp. negligentiam mariti uxori nocere non posse.

Constituta] Si E. usucapio jam ante absoluta,

soluta, marito nihil imputari potest. Idem est, si post constitutionem paucissimi dies saltem supersint, intra quos peri potuisset fundus. Nam & tunc marito nihil imputatur, quod non petierit, *l. 16. ff. h. t.*

LIB. XXIV. TIT. I.
De Donationibus inter virum & uxorem.

Nuptiarum] Nam & hæc ad conciliandum magis magisque amorem adhuc facta videtur.

Acquisito: v. g. si renunciat hereditati delatæ in gratiam mariti, ut ille acquirat eandem.

Juramento] Hoc injustum, quia juramentum est contra Legem prohibitivam & sic justitia deficit. *p. 452.*

Donantis] Tunc enim donans non amplius spoliatur, quod tamen fit, licet donatarius moriatur.

Insinuatio] Non E. fit donatio mortis causa, sed morte confirmata, quæ revera est donatio inter vivos.

LIB. XXIV. TIT. II.
De Divortiis & repudiis.

Probata] Sed dubium adhuc est, an illæ tantum illæ duæ in N. T. probatæ. Adhuc enim inter se disceptant, an sub voce *πορνεία*, qua utitur Christus *Matth. 19.* & *p. 453*

quam Lutherus reddidit: Hurerey/ solum delictum adulterii, vel concubitus illiciti, annon vero & alia delicta majora indigitentur, quæ alias etiam in scriptura sub voce fornicationis venire solent, v. Seldenus *in uxore Hebr. l. 3. c. 28. & 31.* Unde nonnulli ex ICtis nostris defenderunt, quod princeps plures, quam duas illas divortiorum causas determinare possit, vid. Strauch. *instit. jur. publ. l. 1. tit. 35.* Propter insidias vitæ structas divortium fieri posse defendit B. Stryk *in pecul. disp.*

P.454. *Nullum*] v. *dist. II. h. t.*

Concinere] v. *disp. nostr. de Cœlibatu pœnæ nomine imposito.*

LIB. XXIV. TIT. III.
Soluto matrimonio &c.

P.455. D*Eprehensam*] Uxorem enim occidere non licet, sed solum adulterum. Imo quamvis liceret; hoc tamen eatenus saltem effectum haberet, ut maritus à pœna liberaretur, non vero, ut lucrum acquireret.

LIB. XXV. TIT. I.
De Impensis in res dotales factis.

N*Ecessitatem*] v. *dist. I. h. t.*

Magna] v. *dist. II. h. t.*

Potest] Hoc enim involveret donationem, quæ inter conjuges prohibita.

LIB.

LIB. XXV. TIT. II.

Rerum amotarum.

DAtur] Legendum : *Non datur*, juxta novam Editionem & Leges allegatas, habet E. locum actio in factum, vel ad exhibendum. *P.456.*

Hereditatis petitio] Si scilicet ille, qui amovit, se heredem esse prætendit. *P.457.*

LIB. XXVI. TIT. I.

De Tutelis.

POtestas] In sensu politico, quoad vim dirigendi, non autem in sensu juris Rom. quoad acquisitionem. *P.459.*

Testamentaria] v. *dist. I. h. t.*

Honorarius] v. *dist. III. h. t.*

LIB. XXVI. TIT. II. & III.

De testamentaria Tutela & confirmando Tutore.

QUoad hosce duos titulos *v. dist. II. tit. præc. & dist. I. h. t.* *P.460.*

LIB. XXVI. TIT. IV.

De Legitimis Tutoribus.

[Regularis] v. *dist. I. h. t.*

Parentum] Quæ parentibus competebat in liberos emancipatos impuberes. *P.463.*

Fiduciaria] Quæ patre mortuo fratri-

bus competebat in fratres impuberes, quos pater vivus emancipaverat.

Superest] Quia hodie in successione non amplius respicitur, an filius sit suus, an emancipatus, E. nec in tutelæ susceptione.

LIB. XXVI. TIT. V.
De Tutoribus & Curat. datis ab his &c.

P.464. *Concessum*] Unde Tutelæ datio olim ad jurisdictionem extraordinariam referebatur, v. *tit. de jurisdict. p. 23.*

Pure] Si enim sub conditione daret Judex Tutorem, nemo adesset, qui interim pupillo succurreret. Ast, si pater in testamento sub conditione Tutorem constituit, tunc Judex interim succurrit & Tutorem dat.

LIB. XXVI. TIT. VII.
De administrat. & periculo Tut.

P.466. *Administrare*] v. *dist. l. h. t.*
P.467. *Ex justa causa*] Hic observanda regula: Quod Tutor omnibus illis casibus donare possit, quoties bonus paterfamilias donare potest.

P.468. *Latam*] e. g. circa nomina, quæ pupilli pater jam credidit, *d. l. 2. C. arbitr. tutel.* aliud in iis, quæ ipse credidit Tutor.

LIB.

LIB. XXVI. TIT. IIX.
De Autoritate & Consensu Tut.

Autoritas | v. *dist. l. b. t.*

Decretum] E. in alienatione immobilium Magistratus Tutoris vices non supplet.

LIB. XXVI. TIT. IX.
Quando ex facto Tutorum &c.

Competunt] Tunc enim ossibus pupilli inhærent, qui præsens fuit. *P.469.*

Deliberato] Quod factum censetur, si Tutor juris peritus est. Alias enim vix intelligit, quid verba: Vor mich und meine Erben / importent. *P.474.*

Utiles tantum] Quia pupillus non fuit præsens & sic ejus ossibus jura non inhærent.

LIB. XXVI. TIT. X.
De suspectis Tutoribus.

Extraordinaria] Quia scilicet hic formula non erat præscripta, ut in albo prætoris. Item, quia hic ipse prætor cognoscebat, non Judex pedaneus.

Pupilli] Quia judicium admodum immaturum. *P.471.*

LIB. XXVII. TIT. I.
De Excusationibus.

DE distinctione inter Excusationem

 volun-

voluntariam & necessariam vid. *diss. I. h. t.*

P.472. *Trium*] Qui non ex numero pupillorum, sed diversitate patrimoniorum numerantur. Posteriori enim casu difficilior est rationum redditio.

LIB. XXVII. TIT. III.
De Tutelæ & rat. distrah.

P.473. *Tutela*] v. *diss. I. h. t.*

P.474. *Divisio facta*] v. *diss. II. sub tit. de adm. & peric. Tutor.*

P.475. *Ad duplum*] Hodie arbitrarie puniuntur ejusmodi perfidi Tutores, quia pœnas dupli, &c. non recepimus in foris nostris.

LIB. XXVII. TIT. IV.
De contraria Tutelæ & utili actione.

P.476. *Salarium*] Magistratus hoc tunc potest constituere, quando Tutela admodum onerosa, Testator autem pro lubitu, Hamburgi & Francofurti Tutores determinata salaria habent, vid. Dn. Beyer. *Posit. ff. h. t.*

Locare solet] Tutor E. ad eas operas gratis præstandas solum est obligatus, quas *quilibet paterfam.* præstare solet, non vero ad eas, quæ ex *speciali professione aut opificio* dependent. Si E. Tutor simul

sartor

fartor est, & vestimenta pupillo confi-cit, mercedem juste prætendit.

LIB. XXVII. TIT. V.

De eo, qui pro Tutore &c.

QUoad hunc & sequentem tit. lum vid. *Us. pract. dist. bu tu.*

LIB. XXVII. TIT. VII.

De Fidejussoribus &c.

V. *dist. I b. t.* P.477.

LIB. XXVII. TIT. IX.

De rebus eorum &c.

Urgens] Tale dicitur, si (1.) Creditores ad ulteriorem dilationem concedendam non possint persvaderi, (2.) si nemo alius pecuniam credere velit, ad hoc debitum persolvendum, nec (3.) bona mobilia ei persolvendo sufficiant. P.478.

Antea] Scilicet a Patre pupilli. P.479.

Effectus] Contextus ostendit, quod hic sermo sit, non de minima capitis deminutione, quam pupillus, sed quam Tutor patitur, v. g. si Tutor, qui sui juris antea erat, arrogetur. Nam & filiusfam. Tutor esse potest, E. per arrogationem Tutoris tutela non finitur.

LIB. XXVII. TIT. X.
De Curatoribus & Cura.

P.480. CUra] v. *dist. I. h. t.*

Minorum] Regula est: Agnatum tutelam suscipere debere, qui *certam* spem succedendi habet. Talis autem *certitudo* intuitu minorum non adest, quippe qui Agnatos per testamentum excludere possunt.

Hic quoque observandum, quod is, qui defectu *animi* laborat, *invitus* Curatorem accipiat, non autem ille, in quo solum defectus *corporis* adest, ut in cœco, valetudinario, &c. de quo fuse diximus *dist. II. h. t.*

P.338. *Non transeant*] v. g. actio ad petendum commodum ex usufructu. Hoc quidem non transit ad heredes *usufructuarii cedentis*, bene tamen ad heredes *cessionarii*, quamdiu scilicet cedens vivit, quippe ex cujus persona tota res dijudicatur.

Retineat] Videtur tamen, quod hic delegatio & novatio subsit & quod per consequens prior debitor (cedens vel assignans) liberetur & sic periculum ad cessionarium spectet; sed resp. novationem non præsumi, sed ab allegante probandam esse, E. si probari possit ea, tunc sine dubio periculum ad cessionarium pertinebit.

LIB.

LIB. XIIX. TIT. V.

De rescindenda venditione.

Ari] In effectu hoc intereſt, quod in- *P.344.* ſtituta querela nullitatis ſimpliciter ad reſciſſionem contractus agatur, in remedio ex *l. 2.* autem petitum alternative formandum.

Neceſſitatem] e. g. ſi quis maximo ære *P.344.* alieno oneratus ad evitandam ignominioſam executionem rem aliquam pro minimo pretio vendit, quam tamen pluris eſſe ſciebat, hic donaſſe non cenſetur.

Sagacitatem] Nam & homines, qui ſe ſagaciſſimos eſſe prætendunt, ſæpe falluntur, imo ſæpius, quam alii.

Inſtrumenta] Nicht durch den vorigen Kauffbrieff / ſed per inſtrumenta ſuper emtione aliarum ædium, quæ ejusdem qualitatis ſunt, confecta.

Poteſt alterum] Ratio adæquata eſt, *P.344.* quia alias venditor injuſtum lucrum haberet.

Deducta] Ratio dubitandi videtur eſſe, *P.345.* quia ſtipulationis contractus apud Romanos communiter ſaltem unilateralis erat. Sed diſtingve inter ſtipulationem in ſe conſideratam & quatenus aliis contractibus adjicitur.

Singula] v. g. ſi emat ſtück vor ſtück *P.346.*

P.346. durch die Banck. Tunc enim quod uni deest, in altero suppletur.

Stricti juris] Ex hypothesi Autoris, qui etiam quosdam contractus bilaterales tales esse supponit, quippe qui in §. 23. ff. de act. oon recensentur.

P.349. *Repetitur*] Contractus enim ex nunc resolvitur & antea perfectus fuit.

Repeti posse] Mihi ex ratione modo adducta etiam negativa verior videtur contra Frantzkium, quippe qui præterea inter hunc & præcedentem casum de Gabella nullam differentiam in jure fundatam adducere poteſt. Diſtingvit quidem, gabellam ſimplicem actum contractus reſpicere, laudemium vero contractus executionem; ſed nihil dicit. Eſt enim partim petitio principii, partim etiam contractus & ipſius executio ratione diverſitatis juris hic male ſeparantur.

Juravit] Sed quia tamen de hoc caſu non cogitavit jurans, hinc judicium hac parte deficere & juramentum effectu deſtitui videtur.

P.350. *Cogitaſſe*] Sed nec de enormi cogitavit.

Exceptionis] Cur non? Exceptiones enim ſimpliciter ſunt perpetuæ, niſi lex in ſpecie certum terminum præſcripſerit, ut in exceptione non num. pecun. quod tamen hic non eſt factum: Potuiſſem quidem per modum actionis conqueri de læſione;

sione; sed eo ipso non denegatur privilegium exceptionis. Ipse etiam Autor supra in materia de compensationibus. *p.276.* alia principia fovet.

Successivam] v. g. si quis in annuorum redituum emtione læsus. Hic enim singulis annis nova læsio, E. etiam nova incipit currere præscriptio, E. quod ante 30. annos petere potuissem, præscriptum est, non vero, quod ante 29, 28. annos & ita porro debebatur.

LIB. XVIII. TIT. VI.
De Periculo & commodo rei venditæ.

Conditutiva] s. suspensiva.

Dominus fit] Venditor hoc respectu ante traditionem dicitur dominus, quod rei vindicationem instituere posit, si forsan interim res ad tertium possessorem perveniat. Emtor enim ante traditionem nondum habet actionem realem. In reliquis autem Emtor dominus est. *P.351.*

Exactissimam] Imo non. Sed vox custodiæ ex natura substratæ materiæ explicanda. Sæpe enim contractibus quædam inferuntur, quæ per se jam inerant & nihil operantur. *P.352.*

Cedere] quia ossibus venditoris inhærent.

Signaverit] Patet jam differentia inter signa- *P.354.*

signaturam *quantitatis* & *speciei*. Prior non involvit traditionem, aut perfectionem contractus, bene tamen posterior.

LIB. XIX. TIT. I.
De Actionibus emti & venditi.

P. 356. *Supplere*] Si tamen in Actis allegata, aut ex Actis de ea constet. Alias enim est facti, quod Judex non supplet.

P. 357. *Naturaliter*] v. g. tanquam conductor. Quamvis enim emtoris jus potius sit, quam conductoris, emtor tamen processum invitus instituere non tenetur, sed quia pretium solvit, E. etiam possessionem sine lite & processu desiderat.

P. 359. *Subsistit*] Imo ratione contrahentium subsistit. Valde quidem videtur obstare *l. 1. C. sine censu & reliquis*, sed illa lex adhuc semel in codice reperitur, est enim *l. 11. C. de pact.* ubi particula negativa omissa, quæ in fine *d. l. 1.* habetur.

P. 362. *Vendita*] Si domus a Pharmacopœo emta, qui eundem usum intendit, quem venditor habebat.

Diversorio] Si ea intentione emitur, ut iterum tanquam diversorium habeatur.

Diceret] Fundo enim particulari non cohæret jus patronatus, merum imperium, & similia.

P. 363. *Pertinet*] Hoc erroneum est, quia venditor nullo alio respectu dominus dicitur,

quam

quam quod rem vindicare poſſit, ſi forte ante traditionem ad tertium poſſeſſorem perveniat. Non obſtat, quod tamen theſaurus non veniat nomine fructuum; Emtor enim quia caſus extraordinarii ad eum ſpectant, etiam emolumenta extraordinaria capit. Alias enim maxima ſubeſſet iniquitas, & alias emtor non eſſet dominus, ſed uſufructuarius. Schœpffer *in Synopſ. jur. h. t. n. 14.* æquior eſt. Quamvis enim theſaurum etiam adjudicet venditori, addit tamen, quod venditor emtori eum reſtituere debeat. Sed quid hisce ambagibus opus eſt?

Certum] Ex depoſitione teſtium jam examinatorum, productis inſtrumentis, &c. *p. 366.*

Intervenerit] Niſi ſimul oſtendantur inſtrumenta liquida, aut teſtes adferantur, qui emtori de rei veritate referant.

LIB. XIX. TIT. II.
Locati - Conducti.

Appellatur] De inutili hac diſtinctione v. *uſ. pract. diſt. h. t. diſt. II.* *p. 369.*

Inquilinus] v. *diſt. IV. h. t.*

Irregularem] v. *diſt. III. h. t.*

Interſit] i. e. ſi dominus juriſdictionalis easdem conditiones in ſe recipere velit, quas extraneus obtulit.

Re

Re integra] i. e. si cum extraneo rustici contractum nondum inierunt.

P. 370. *Locandus est*] Sunt hæ ineptiæ Petri Rebuffi, quas in observationibus ad eundem refutavimus.

P. 371. *Consumuntur*] Unde differt a mutuo.

Patronatus] Distingvendum hic est, an *solum* jus patronatus locetur, an vero *simul cum universitate*. Priori casu locatio illicita est per *c. 19. X. de jur. patron.* quia crimen simoniæ involvit. Posteriori casu autem toleratur juxta opinionem Finckelth. *Obs. 3.* quamvis dissentiat Berlich. *p. 2. decis. 166.*

P. 373. *Locetur*] Repetenda hic sunt, quæ ad *tit. de contrah. emt.* & de requisitis precii diximus.

Justum erit] Tunc nec contractus nominatus, nec innominatus adest, sed nullus, quia adhuc determinandum est, quid sit justum.

P. 374. *Præfertur*] Non ex necessitate, sed ex regulis prudentiæ, quia colonus, qui hactenus fundum conduxit, meliorem notitiam agrorum habet, quam novus aliquis.

P. 375. *Pertinentes*] Hic enim Locator non locat nomine successoris sui, quod in exemplis ante adductis fiebat, sed nomine proprio.

Biennium] Sed quid si quis ad annum conduxerit cum pacto, quod singulis qua-

dran-

drantibus solvere pensionem velit, & tamen intra duos quadrantes non solverit? Non puto eum expelli posse, quia in jure singulari interpretatio extensiva non habet locum.

Jure petit] Si vult, sed si non vult, locator eum non potest cogere, ut iterum ad priorem locationem redeat, præsertim si jam alibi ædes conduxit. P.376.

Indigeat] v.g. si uxorem duxerit conductor. Prævidere enim hoc potuisset & debuisset. Ad minimum vero nec Locatori aliquid imputari potest, nec casus extrinsecus accedens adest. P.377.

Advocatus fit] Nec hic adest casus extrinsecus accedens violentus. P.378.

Non obligat] Fideicommissarius enim jus suum non habet a Fiduciario, sed a Testatore, & fiduciarius solum est medium, quodelegit testator transferendi rem fideicommissariam.

Emtor] Ita de praxi. Quoad theoriam juris vero, etiam Romani, contrarium obtinere probavit Hermann Zollius, Prof. Rintelensis *in diss. ad l. 9. C. de Locat. & cond.* sub tit: Kauff hebt Miethe nicht auff: cui dissertationi vindicias proverbii: Kauff gehet vor Miethe opposuit Phil. Otto Zaunschlifferus annexas specimini Antinomiarum Mevianarum. Excerpta P.379.

argu-

argumentorum Zollii habet Beyer *in posit. ff. ad h. t. post posit. 30.*

P.380. *Restituturam*] E. in effectu uxor vel tenetur servare locationem a marito factam, vel interesse præstare. Ratio est, quia licet maritus Dominus dotis vocetur, revera tamen nihil aliud est, quam administrator, talis tamen, qui fructus percipit.

Per obliquum] Non directo, quia emtor non iniit pactum cum conductore. E. etiam conductor non habet actionem; sed Locator in favorem conductoris.

P.381. *Nihil repetunt*] Sed cur non? Nam & hic adest promissio respectiva pro instructione tironis. *L. 1. §. 13. ff. de extr. cogn.* de salario Advocatorum sub initium anni soluto loquitur, quæ hic tanquam jus singulare & exorbitans applicari nequit.

Præstabitur] Imo non, quia operæ cum effectu non sunt præstitæ. Si dicat dominus navis, sibi nihil imputari posse, tunc vector & sibi nihil imputari posse replicabit.

P.382. *Acceperis*] Et quidem eandem, non minorem.

P.387. *Justa ignorantia*] In *l. 19. §. 1. ff. h. t.* adducitur exemplum, si quis saltum pascuum locat, in quo mala herba nascitur.

De jure] Aliud secundum regulas prudentiæ, quæ non semper suadent, ut propter ejusmodi expensas processus instituatur.

Conditio] v.g. inopia. Sed hoc iterum P. 389. ex regulis prudentiæ solum fluit: Si enim inopi non solvitur in antecessum, ille opus conductum plane derelinquit, & sic Locator operis damnum patitur.

Æquum est] Non vero necessarium.

Non transfert] Locatio enim non est P. 391. titulus habilis ad transferendum dominium. In ejusmodi contractibus autem æstimatio in dubio solum fit taxationis gratia, non venditionis.

De Contractibus innominatis.

PRæscriptis verbis] In contractibus nominatis aderat certa formula cuique P. 392. contractui adoptata, quam Actor Reo in albo prætoris monstrabat, postquam Reus coram prætore, i.e. in jure, comparuerat. In contractibus innominatis autem ob incertitudinem negotii JCti in singulis contractibus verba agendi & excipiendi speciatim præscribebant. Inde dicitur actio præscriptis verbis.

LIB. XIX. TIT. III.
De Æstimatoria.

OBS. 1. pr. inf.] Dicitur ibi, quod in hoc P. 394. judicio omnia obtineant, quæ alias in b. f. judiciis locum habent. Sed hoc est ita intelligendum, quod ea quoque præ-

standa, quæ verbis non expressa, ex æquitate tamen debentur, v. g. usuræ post motam. In hoc E. conveniunt reliqui contractus b. f. cum hoc, sed propterea non sequitur, quod in omnibus conveniant, præcipue intuitu pœnitentiæ, secundum jus Romanum.

LIB. XIX. TIT. IV.
De Rerum permutatione.

P. 395. *Non habeat*] Hoc erroneum, nec ex citato §. 41. *pr. de R. D.* sequitur. Verum est, quod in permutatione dans dominium transferre debeat, sed nullibi extat, quod non eadem conditio locum habeat, quæ in traditione ex contractu emtionis subest, si scilicet alter quoque à sua parte contractum impleverit.

P. 396. *Corpus*] Do tibi hunc sacculum pecunia repletum pro sacculo, quem tu itidem pecunia repletum habes.

Æstimat] Si *in continenti* alia res datur, tunc est permutatio. Si vero *ex intervallo*, tunc distingve: aut datur res ejusdem generis, & tunc est mutuum; aut diversi generis, & est permutatio.

P. 397. *Evicta sit*] Modo tamen periculum evictionis certo immineat. Repetenda hic sunt eadem, quæ in materia venditionis dicta. Eadem enim ratio subest.

Permutari possint]. Si, scilicet melior con-

conditio per permutationem redditur. Sed an hoc ita sit, cognitione opus est.

Eadem] Tunc est commodatum, vel donatio ad tempus facta.

Cum alia] Tunc nil obstat, quin sit permutatio.

Præstetur] Tunc est contractus æstimatorius.

Utatur] i. e. ut accipiens non in continenti rem restituat, sed ex intervallo similem.

LIB. XIX. TIT. V.

De Præscriptis verbis.

P*ropter l. 5. §. 3.*] Dicitur ibi, quod si tu *P. 400.*
cesses dare, postquam ego feci, nulla sit civilis actio. E. quæritur, quid sub nomine *civilis actionis* intelligatur? Autor actionem præscriptis verbis intelligendam esse putat, sed nihil obstat, quo minus etiam condictio c. d. c. n. s. intelligatur, quippe quæ pariter civilis est. His ita positis nulla erit antinomia.

Intervenerit] v. g. si filius alimenta pe- *P. 401.*
tat. Quia enim contractus hic deficiebat, & per consequens certa agendi formula, hinc prætor talem formulam vel verba præscribere necesse habebat.

Insfaltum] i. e. JCti, vel prætor ex circumstanciis facti peculiarem formulam agendi in singulis actionibus præscribebat.

Damnum] Solenne exemplum est in §. *f. 7. de L. Aquil.* si nec corpore, nec in corpus, sed alio modo damnum datum. Quæ tamen actio revera cum utili coincidit.

LIB. XX. TIT. I.
De Pignoribus, &c.

P. 402. *Legale*] v. *dist. I. h. t.*

Purum] v. *dist. II. h. t.*

Judiciale] v. *dist. III. h. t.* Differentia inter pignus & Hypothecam explicata est *dist. IV.*

Generale] v. *dist. V. h. t.*

Significat] debitor enim, si *nomina* excipere voluisset, clarius loqui debuisset, quia speciale quid intendit, nam hypotheca generalis nomina regulariter comprehendit, quod pro Creditore facit.

P. 403. *Etiam nudam*] i. e. cum traditione non conjunctam.

Serviana] v. *dist. VI. h. t.*

P. 404. *Speciali hypotheca*] v. quæ diximus ad *dist. V. h. t.*

Exc. Colono] Legendum est: *excepto Locatore prædii rustici.*

LIB. XX. TIT. II.

P. 405. *Bonorum*] Creditores enim sibi imputent, quod de hypotheca expressa sibi non prospexerint, id quod pupillis & minori-

noribus imputari nequit, vid. infra *tit. de Curatore bonis dando.*

Licet putativa] Ita rectè. Minus commode E. hoc correctum in *Edit. nova de A. 1701.* sequentem in modum: *vera, non putativa.* *P.406.*

Posterioris] Minus rectè. Et hic Autor contrariam sententiam ipse sustinuit supra *p. 372. in med.* & sic formaliter sibi contradicit. Leges, quas hic allegat, de colono loquuntur, cujus bona Locatori jure Rom. plane non sunt obligata. *P.407.*

Separatim] Sed quomodo casus dabi lis est, ut eadem res eodem momento duobus separatim constituatur? Resp. si ipse debitor & in eodem momento etiam procurator debitoris mandatum speciale habens eandem rem diversis Creditoribus oppignoret, qui tamen casus raro fortassis contingit. *P.408.*

Expleri] v.g. Oppignoro tibi, si Cajus consul factus. Ut enim Cajus consul fiat, hoc non dependet à debitoris arbitrio. Si vero ille consul sit, tunc conditio retrotrahitur ad tempus initii.

Non potest] v.g. Si dicam: Volo ædes emere, sed venditor prætendit paratam pecuniam, qua ego destituor, si tu E. mihi eo tempore, quo contractus emtionis celebrabitur, 1000. thal. mutuo dabis, oppignorabo tibi ædes meas. Hic est in arbi-

arbitrio emtoris, an emtionem perficere velit, annon. Ponamus E. promissionem hanc conditionalem factam esse circa festum Paschatos. Circa festum Pentecostes Mevius emtori ædium in aliam finem 1000. th. mutuo dat & debitor ipsi bona sua pure obligat. Circa festum Iohannis deinde perficitur contractus emtionis, de quo ab initio dictum, Creditor, cum quo circa festum Paschatos collocutus erat debitor, huic 1000. th. suppeditat & debitor ipsi itidem bona sua obligat. Quæritur: an hic prælationem habeat præ altero, qui circa festum Pentecostes mutuo dederat? Neg. Hic enim retrotractio fieri nequit, quia circa festum Paschatos consensus nondum certo declarabatur a debitore, sed res in meris tractatibus subsistebat.

LIB. XX. TIT. V.
De distract. pign.

P. 409. *Arbitraria*] Quæ pro quantitate debiti determinanda, ut scilicet debitor interim pecuniam debitam commode procurare possit.

Dominum] si debitor fuit dominus.

Usucapiendo] si debitor non-dominus fuit.

P. 410. *Quatuor*] Hodie terminus vel in Ordina-

dinatione processuali expressus, vel alias arbitrarius est.

LIB. XX. TIT. VI.
Quib. mod. pign.

Oppignorationem] Discrepant DD. vid. Berlich. *P. 1. Concl. 66. n. 67. seqq.* Distingvit Brunnem *ad l. 12. h. t. n. 1. 2. 3.* an primus Creditor consenserit, ut pignus *certæ personæ* ulterius obligetur, an vero hoc *in genere* fiat. Priori casu tantum jus prælationis remissum esse dicit, sed posteriori totum pignus. Sed ratio disparitatis non adeo liquida est, v. jam *Doctrin ff. h. t. §. V.* P. 411.

LIB. XXI. TIT. I.
De Ædilitio Edicto, &c.

Locationem] De dissensu D D. quoad hanc materiam v. Beieri *posit. h. t. posit. 13.* qui rationes excerpsit. Lis solum est de vocabulis & mere theoretica.

Redhibitoria] v. *dist. 1. h. t.*

Majorem partem] In *cit. l. 44.* hæc ratio redditur, quia venalitiarii plerumque societatem ita coeunt, ut quicquid agunt, in commune videantur agere. P. 412.

LIB. XXI. TIT. II.
De Evictionibus &c.

Immineat] v. supra *p. 365. in f.* P. 413

Remuneratoria] Hanc vocem admo- P. 414

 dum

dum improprie hic capit Autor de casu, quando quis ad remunerandum *perfecto* obligatus, v. g. si Præceptori aut Advocato pro opera præstita aliquid dono. Sed hæc non est donatio. Ergo si illud vocabulum proprie accipitur, tunc aliud dicendum. Ad remunerationem enim nemo cogitur.

L. 18. §. f. de donat.] solent ex hac lege exceptionem formare, quod donator evictionem præstare debeat, si sciens rem alienam donaverit; sed ille textus de hoc casu saltem loquitur, si donatarius magnos sumtus in rem donatam fecerit, & sic damnum ex evictione patitur.

P. 415. *De Judæis*] Hi juxta jus Saxonicum non præstant evictionem, ut Christiani absterreantur, ne cum illis contrahant. Land-Recht *l. 3. art. 7. ibique gloss.* sed ubi hodie Judæi tolerantur, ibi Christianis vitio verti nequit, si cum illis contrahant.

LIB. XXI. TIT. III.

De Exceptione rei venditæ & traditæ.

P. 416. REi alienæ] Casum huc pertinentem fuse exhibuimus ad *tit. de publiciana actione Voc. Elidatur, p. 120.*

LIB.

LIB. XXII. TIT. I.

De Usuris, &c.

Dilatorias] De his Distinctionibus *v. us. pract. dist jurid. h. t. dist. I. & II.* P.417.
Ex conventione] v. *dist. III. h. t.*
Anatocismus] de anatocismo *menstruo & anniversario*, item *separato & conjuncto*, v. *dist. IX. & X. h. t.* P.419.
Novatio] Hoc intelligendum de debitore paupere, qui usuras solvere non potest. Aliud in divite, qui posset solvere, sed tamen eas retinere mavult, v. Berlich. & Mevium apud Schöpffer. *h. t. num. 20.*
Civiles] v. *dist. V. h. t.* P.420.
Naturales] v. *dist. IV. h. t.*
Jus ad rem] *Cit. l. 38. §. 7.* loquitur de eo casu, si quid mihi ex stipulatu, tanquam ex contractu stricti juris debetur. In *§. 8.* autem dicitur, quod ex causa emtionis etiam fructus debeantur, (scil. à tempore moræ) quia est b. f. Hodie E. cessante illa differentia fructus indistincte à tempore moræ debentur, nisi possessor sit in bona fide, ubi demum à tempore litis contestatæ debentur.
De reliquis fructuum speciebus vid. *dist. VI. VII. & IIX. h. t.*
Causa] sic servitus, quæ fundo debetur, transit ad emtorem fundi. Item conditio usucapiendi, si quis b. f. emit. P.421.

 Intro

Intereſſe] v. ſupra *p* 317. ubi hoc uberius explicatum.

Mora] v. *diſt. XI. h. t.*

Stricti juris] Hæc diſtinctio hodie nullius momenti, poſtquam Judex in omnibus ex æquo & bono judicat. Apud Struvium, quem citat Autor, *Ex. 27. th. 69.* de hac diſtinctione nihil invenitur.

LIB. XXII. TIT. II.

De Nautico fœnore.

Vid. hic omnino *diſt. I. h. t.* in *uſ. pract. diſt. jurid.*

LIB. XXII. TIT. III.

De Probat. & Præſumptionibus.

P.422. *Artificialem*] v. *diſt. I. h. t.*

Plenam] v. *diſt. III. & IV. h. t.*

Reo] Intuitu Exceptionis. Exceptio eſt in exceptione *non numeratæ pecuniæ*.

P.423. *Conſvetudo*] Ratione quæſtionis enim: *an exiſtat?* eſt facti.

Per Scripturam] v. g. ſi dicam: Nihil tibi debeo. Hoc poſſum probare ex literis Creditoris nuper ad me miſſis, in quibus faſſus eſt, quod ipſi nihil debeam.

Antiqua] v. g. in actione finium regundorum, ubi etiam teſtibus de auditu creditur.

Occulta] ut adulterium, defraudatio, &c.

In animo] v. g. annon alter dolose me deceperit, vel annon animum injuriandi habuerit, &c.

Memoriam] Reo intuitu probandæ Exceptionis hoc indistinctè permittitur, quia in ejus arbitrio non est, quando excipere velit; sed Actor hac probatione usurus, probare tenetur, quod in testibus periculum amittendi testimonii adsit, v. g. propter morbum, &c. Brunnem. *prec. civ. c. 20. n. 55.*

Privilegiatis] Tales sunt hodie omnes, P.424 quæ per instrumenta probari possunt.

Productionem] Quæ tamen ante lapsum termini probatorii fieri debet.

Una] Hodie plures, v. *supra tit. de dilat.*

Juris] v. *dict. V. h. r.* ubi fuse de hac materia contra Dn. Beyerum actum.

LIB. XXII. TIT. IV.

De Fide instrumentorum & amissione eorum.

Fides fit] v. g. quando in criminalibus P.425 gladius, vel vestes sanguinolentæ judici offeruntur, ut exinde indicium desumat.

Antapocha] Hæc datur à debitore, in P.426 qua fatetur, er habe heute dato Cajo wegen des schuldigen Capitals der 100. Rthl. die Zinsen an 6. Rthl. gezahlet. Tales Antapochas communiter operariis, qui scri-

bere

bere nesciunt, dare solemus, vocatur ein Verdingzettel/ ubi semper subnotatur, quid diversis temporibus ex hac causa solutum.

P.427. *Argentum*] Hodie etiam cupream monetam accipiunt, si alia deficit. Pristina enim tempora præterierunt.

Simplices] i. e. non immatriculati. Revera tamen admodum simplices etiam hodie habemus Notarios.

P.428. *Indictio*] Hæc currit usque ad numerum 15, deinde autem à numero 1. iterum incipit. Ratio est, quia Romani tributa ad tria lustra, id est, 15. annos indicebant, & has indictiones olim Notarii instrumentis propterea inserebant, ne memoria subditorum exciderent, quod deinde sine justa causa retentum.

Tribus adjectis] Quia Christus tertio anno primæ indictionis sub Augusto natus, v. omnino Stephani *ad Nov.* 47 qui omnia huc pertinentia fuse & perspicue explicat.

De speciebus instrumentorum plene actum est in *usu pract. dist. jurid. h. t.*

P.429. *Determinant*] i. e. propterea de jure civili non agitur executive, sed processu ordinario.

Sequi debeant] Et sic non semper chirographum exigere queant.

LIB. XXII. TIT. V.
De Testibus.

Donei] v. *dist. I. h. t.* P.430.

Clericus] Hoc ex principiis Papisticis P.431. & apud nos non observatur.

Pubes factus] Sed non est testimonium omni exceptione majus.

Creditoris] Metuit enim debitor, ne P.433. creditor, si contra eum deponat, in congruo tempore sortem exigat.

Debitoris] Metuit enim Creditor, ne forsan debitor, si contra eum deponat, & executio contra eum deinde instituatur, non solvendo fiat.

LIB. XXII. TIT. VI.
De Juris & facti ignorantia.

Error] v. *dist. I. h. t.* P.436.

Dubitatio] Hæc in materia usucapionis pro scientia, ratione solutionis indebiti autem pro ignorantia habetur, *v. tit. de condict. indeb. p. 204.*

Facti] Omnia huc pertinentia plene excussa reperies sub *dist. II h. t.*

LIB. XXIII. TIT. I.
De Sponsalibus.

Descendens] Hæc ab ascendente non aliter differt, quam quoad diversum considerandi modum, an scilicet à parte super-

superiore, an vero ab inferiore numerare gradus incipiam. Non E. sunt duæ lineæ realiter distinctæ.

P.437. *Gradus*] Quia gradus ex generatione oritur, affines autem non generamus.

De futuro] v. *uf. pract. dist. jur. b, t. dist. I,*

Conditionem]. Conditionata sponsalia cum sponsalibus de futuro pessime confunduntur, prout ostensum *d. dist. I,*

Publica] v. *dist. II. b. t.*

P.438. *Impossibilis*] v. *dist. III. b. t.*

Largitas] v. *dist. IV. b. t.*

Propter nuptias] Sed admodum improprie & abusive. Donatio enim propter nuptias in remunerationem dotis constituitur, non vero ad conciliandum amorem.

P.440 *Retroretractionem*] Abstrahendo à jure canonico aliud dicendum puto, Obligatur enim sponsus, vel sponsa, ad expectandum eventum conditionis, & sic interim alteri jus quæri non potuit.

P.481. *Singulare est*] Quia scilicet Autor supra *p. 467.* dixerat, quod in aditione hereditatis ipse pupillus necessario præsens esse debeat & sic solus Tutor hereditatem adire nequeat. Sed ratio differentiæ est, quia pupillus aliquem intellectum habet, furiosus vero nullum plane.

P.482 *Transmittitur*] Ex subtilitate JCtorum Romanorum, quia furiosus non habet velle,

velle, nec nolle. Sed cum tamen præsumta acceptatio adsit; hinc non puto hanc subtilitatem secuturos esse JCtos hodiernos.

LIB. XXIIX. TIT. I.

Qui testamenta facere possunt.

Juris Gentium) Obstat,quod nemo post P.483.
mortem suam de rebus suis disponere queat, quarum dominium non amplius habet; Pro defendenda opinione Autoris adduci posset, translationem fieri in ipso momento mortis; ubi mori incipit testator, quod momentum adhuc vitæ adnumeratur. Interim tamen hoc nihilominus certum maneret, testamenti factionem potius ex *moribus gentium*, quam ex jure naturæ esse.

Habilitas) Facti scilicet, id est, quæ non involvit capitis diminutionem; habilitas juris autem, quæ talem diminutionem infert, semper & ex postfacto adesse debet.

Iratus) Si quis ex summa ira erga he- P.484
redes ab intestato alium instituat heredem.

Accesserit) Hæc enim ad actus inter vivos solum pertinet.

Suppleat) Hoc in criminalibus & pœnæ impositione saltem attenditur.

Natura) Hi enim nec loqui, nec scribere

bere possint, quorum alterutrum tamen in testamentis necessarium.

Cæco] De hoc in seq. nihil habetur. Tenetur vero nuncupare verbis heredem & octavum testem adhibere, *l. 8. C. qui test. fac. poss.*

L. Cornelia] v. infra *p. 732 seq.* ubi hoc explicatur.

Valet] Quia prodigalitas superveniens non est impedimentum juris, i. e. non in, volvit capitis diminutionem & sic testamentum irritum dici nequit.

P.485. *Heretici*] Ex principiis Papisticis.

Etiam per Procuratorem] Legendum: *non etiam.* Hanc enim Autoris mentem esse, contextus ostendit & nova Editio consentit. Licet ea sententia juri Romano non sit conformis.

P.486. *Testari*] Pro ejusmodi testamento duplici Notarium duplex honorarium exigere posse putat Finckelth. *Obs. 90. n. 7.*

Idoneis] aut pro idoneis communiter habitis.

P.487. *Heres ipse*] Conjunctio autem testium inter se non vitiat, licet sit cum potestate conjuncta. Tales enim personæ habentur pro una persona, quando referuntur *ad se invicem*, non quando *ad tertium.*

Legatarius] Sed an etiam in testamento nuncupativo? vid. quæ diximus ad *dict. l. l. h. t.*

Impli-

Implicitum] v. d. *dist. II. b. c.*

A Notario factum] E. non opus, ut omnes testes subscribant; aut licet hoc exigas, prout nonnulli volunt, tamen non erit opus, ut uno actu subscribant. *P. 488.*

LIB XXIIX. TIT. II.
De Liberis & Posthumis.

ET adeunda] Hæc tria tempora: conditi testamenti, mortis testatoris & aditæ hereditatis, per fictionem juris conjunguntur. Fingitur scil. Testatorem condidisse testamentum in momento mortis & heredem mox adisse. Unde juxta hæc tria tempora habilitas dijudicanda. Est autem sermo de habilitate juris, i. e. quod non debeat adesse capitis diminutio. *P. 489.*

Certa re] v. g. Titius heres esto in ædibus meis, Cajus in bibliotheca mea. *P. 490.*

Æquant] i. e. Titius heres esto in quincunce, Cajus in triente & Mevius in quadrante.

Superant] Cajus in besse, Titius in semisse heres esto.

Explent] Paulus in triente, Mevius in semisse heres esto.

Certis] v. g. Titius in ædibus meis, Cajus in semisse & Mevius in semisse heres esto.

Superant] v. g. Titius in besse, Cajus in

 semis-

ſemiſſe, Mevius heres eſto. Hic Titius 8, Cajus 6. & Mevius 10. uncias conſequitur, quæ conjunctim ſumtæ conſtituunt 24. id eſt, dupondium ſ. duos aſſes.

Æquant] Titius in beſſe, Cajus in triente, Paulus heres eſto. Hic Paulus dimidiam hereditatem capit.

Tripondium] i. e. fingitur, ac ſi hereditas 36. uncias habeat.

Certa] i. e. quæ non dependet ab alieno arbitrio, v. g. heres eſto, quem Titius voluerit.

Captatoria] v. g. ſi Titius me heredem ſcripſerit, heres meus eſto. Dn. vid. Thomaſ. *diſp. de captat. inſtitut.* Vocantur Erbſchleichere.

LIB. XXIIX. TIT. III. & IV.

De injuſto, rupto, &c.

P. 441. *Nullum*] v. hic omnino *uſ. pract. diſt. jur. h. t. diſt. 1.*

Sinere] Forſan, quia alii legitimi heredes, ad quos filio abſtinente ex ſucceſſorio Edicto alias hereditas deferretur, litem heredi ſcripto movent, & ſic ille non ſtatim (durante ſc. lite) perceptionem hereditatis conſequitur.

Cum re] His legitimis heredibus enim nemo litem movebit.

Semeſtris] De menſibus hic nulla eſt diſpu-

disputatio, quia illa saltem parentes concernit, v. *supra tit. de statu hom.*

Exheredatus] Secundum jus vetus, ubi pro lubitu exheredes liberos scribere licebat.

Adjecta] Aliud si pactum accesserit. *P. 492.* Conjuges enim moribus nostris de futura hereditate pacisci possunt.

Confecti] Alias enim cancellatio nullum *P. 493.* haberet effectum, quem tamen testator sine dubio intendit. Non obstat, quod instrumentum in testamento nuncupativo solum ad meliorem probationem conficiatur; Nam & chirographus in mutuo non pertinet ad essentiam mutui, sed solum ad meliorem probationem, & nihilominus ex ruptione & laceratione chirographi remissio debiti colligitur.

Fuerit] Et licet illa conditio defecerit.

L. Cornelia] v. infra *p. 732.*

Declaretur] Minima enim capitis dimi- *P. 494* nutio accidit *ex voluntate* ejus, qui eam patitur. E. eo ipso prioribus juribus & sic quoque testamento renunciasse videtur. E. nova iterum declaratione opus est. Secus in maxima & media capitis diminutione, quam *invitus* quis patitur, v. *l. pen. §. 2. ff. de b. p. sec. tab.*

Emancipatione] Rationem, quare hic declaratio nova exigitur, esse puto, quia filiusfam. testatus est de peculio quasi ca-

 strensi,

ftrenfi, poft emancipationem autem nullum amplius adeft peculium, nam Paterfam. tale non habet, E. natura bonorum eft mutata, & fic declaratione nova opus.

LIB. XXIIX. TIT. VI.
De vulgari & pupillari fubftitutione.

Vulgaris] De differentia inter omnes fpecies fubftitutionum v. *diff. l. II. & III. h. t.*

P.495. *Expreffa*] Titius heres efto ſi heres non erit, Cajus heres efto.

Tacita] Filius meus impubes heres efto; fi heres erit & intra pubertatem deceſſerit, Cajus heres efto. Hic etiam fubintelligitur cafus: fi filius heres non erit.

Reciproca] Cajus, Mevius & Titius heredes funto & hos fibi invicem fubftituo. Hæc fubftitutio olim neceffaria erat, quia alias portio deficientis heredis Fifco deferebatur & caduca fiebat, vid. Gothof. *ad tit. C. de cadu. tollend.* Hodie coheredibus portio deficientis jure accrefcendi defertur & fic illa fubftitutio hoc reſpectu non amplius ufum habet.

Inftituto] Ex præfumta Teftatoris voluntate, ut eo melius heredes ab inteftato excludantur, in quorum odium fiunt fubftitutiones.

Expreffa] Filius meus impubes heres efto;

esto: si filius ante pubertatem decesserit, Cajus heres esto.

Tacita] Si filius heres non erit, Cajus esto. Hæc præcedentem formulam sub se comprehendit.

Facientis] i. e. debet dicere: Filius heres esto. Alias enim substitutio, tanquam accessorium, non valeret sine principali.

Hodie] Quia nec hodie mater liberos in potestate habet.

Recasurus] Si e. g. nepos mortuo avo in potestatem patris recidat. Tunc enim quia non fit sui juris, non opus habet testamento. *P. 498.*

Non est] Quia non præcedit institutio in bonis paternis.

Tacite] vid. formulam paulo ante adlatam.

Observatur] Quia dispositio juris Rom. est iniqua. Licet enim pater fecerit testamentum & ille ad legitimam uxori relinquendam non sit obligatus; pater tamen testamentum non fecit ex persona propria, sed ex persona filii.

Infirmato] Quando scilicet substitutio filio exheredato facta, hic autem testamentum impugnat.

Æqualiter] Hic enim ad patriam potestatem plane non respicitur, & sic patris conditio non est potior. *P. 497.*

Parentes] Non autem in omnibus bo-

nis substitutio hæc facienda, sed quoad Legitimam saltem. Substituens ad plus non tenetur, quam ipse filius, si testamentum condidisset.

P.498. *Ipso jure*] E. juxta Autorem nec Legata solvere tenebitur filius ex tali testamento nullo, sed succedit ab intestato.

Contraria] v.g. Filius meus heres esto, si navis ex Asia redierit, si non redierit, exheres esto, quia me verberavit, &c.

Per accidens] i.e. quæ non omnibus hominibus, sed quibusdam saltem impossibilis, v.g. Titius heres esto, si eo momento, quo se heredem scriptum esse rescriverit, pauperibus 1000. th. dederit. Hic tamen, *si scivit* testator, hoc Titio impossibile esse, idem applicandum, quod alias dicitur, testator non præsumitur jocari, id est, non debet jocari, & E. tunc conditio detrahitur, *v. l. 4. §. 1. ff. de stat. liber.*

Perplexitatem] Si Titius heres erit, Cajus heres esto: si Cajus heres erit, Titius heres esto.

LIB. XXIIX. TIT. IIX.
De Jure deliberandi.

P.499. B*Ona fide*] Id est ex ignorantia facti.

Primum] Hæc fatalia hodie non observantur. Sed in momento mortis obsignatio per Judicem, vel Notarium fieri debet.

Tres

Tres testes] Hodie duo.
Alias] Ut & reliquæ solennitates ab Aurore recensitæ, v. Mev. *P. 2. Dec. 356.*

LIB. XXIX. TIT. I.
De Testamento militis.

IN Expeditione] Et tali quidem, ubi præsentissimum periculum adest, vid. *Diss. 3. h. t.* P. 560.
Non rumpit] v. gr. Wenn er auff der Schildwache geschlaffen/ oder geplündert/ ubi sæpe pœna mortis dictari solet ad timorem aliis incutiendum.
Accrescendi] E. portio deficientis heredis ad heredes ab intestato devolvitur, quia miles pro parte intestatus decedere potest. P. 561.
Factionem] v. g. si pater non est hæreticus, prodigus, deportatus, &c. P. 562.
Transit] Transitus ad secunda vota matrem solum a tutela liberorum excludit & ab administratione bonorum, quod hic applicari nequit.
Duo testes] Confundit Carpzov. testimonium *solennitatis*, cum testimonio *veritatis*. In hoc sufficiunt duo testes, v. g. quando dicitur, Kläger solle durch Zeugen beweisen/ *l. 12. ff. de test.* non autem priori casu. Patrocinatur quidem ei *Auth. quod sine C. de test.* sed cum hæc ab originali suo, *Novella* sell. 107. c. 1, dissentiat, hinc vis ali-

qua eidem tribui nequit. Nam in *d. Nov.* numerus testium non determinatur; unde determinatio ex substrata materia fieri debet. Substrata materia autem est materia Legatorum; in qua locutio pluralis quinque testes desiderat. Cui dispositioni tamdiu inhæremus, quamdiu exceptio ex LL. non docetur.

P. 503. *Deterret testes*] E. in horum favorem præcipue privilegium est concessum, ex quo sponte sequitur, erroneum esse quod paulo post dicit Autor, testatorem ipsum peste decumbere, vel in domo ejus pestem esse debere. Nam testes nihilominus deterrentur a congregatione, licet testator non decumbat.

LIB. XXIX. TIT. II.
De acquirenda, vel omittenda hereditate.

P. 505. *Non potest*] Procurator scilicet aliquid expedire & gerere debet. Hic vero aliquid expediendum vel gerendum non superest, quia Principalis eo ipso, dum mandat, jam omnia expedivit.

P. 506. *Descendens*] Scil. filius emancipatus.
Omnibus causis] Scil. quoties factum legitimum subest, non in factis illegitimis & delictis.

P. 507. *Legitimam*] scil. successionem, i.e. ab intestato. Eo ipso enim, dum ab intestato suc-

succedere vult, testamentariam successionem repudiat.

e *Ex eadem*] E. qui repudiavit tanquam ex testamento, adhuc potest succedere tanquam ab intestato, modo tertii præjudicium non subsit, de quo ad *tit. si quis omiss. caus. testam.*

LIB. XXIX. TIT. IV.
Si quis omissa caus. testam.

Accipiat] Scil. ab heredibus ab intestato. Ponamus, hereditatem esse 12000. thal. heres scriptus habet saltem quartam 3000. salvam, reliqua acciperent Legatarii. Heredes ab intestato E. heredi scripto offerunt 4000. th. quo facto hic facile abstinet & reliquum heredibus hisce relinquit. P. 508.

LIB. XXIX. TIT. V.
De SCto Silaniano.

Observatur] Quia non habemus servos, & si haberemus, illi tamen sine justis indiciis torqueri non possent. Perinde E est, sive sit clausum testamentum, s. apertum.

LIB. XXIX. TIT. VI.
Si quis aliquem testari prohibuerit &c.

Utrque] Scilicet qui fieri, & qui factum corrumpi prohibuit. P. 509.

Heredibus] Inſciis. Aliud E. ſi tertius inſtinctu heredum hoc fecit.

Ipſo jure nullum] Hic E. in ſimplicitate juris naturæ ſubſtituit jus Romanum, & ſic non opus eſt, ut ad *tit. Quod metus cauſa* recurramus, ubi coacta voluntas etiam voluntas erat.

LIB. XXIX. TIT. VII.
De Jure Codicillorum.

AB inteſtato] Nomen exinde habent, quia heredes ab inteſtato legata in Codicillis relicta præſtare tenentur.

P. 510. *Omni teſte*] Modo heres non contradixerit, tunc enim dici nequit, quod tacitum pactum adſit, Schöpff. *ad tit. de St. Trebell. n. 16.*

Eſſe poſſunt] In nova Edit. de A. 1701. ita legitur & recte quidem: Teſtes hic non eſſe poſſunt Legatarii, Zepper *de Cod. c. 8. n. 29.* Richt. *ad l. 22. n. 21. C. de teſtam.* Brunnem. *ad l. 20. n. 9. qui teſt. f. p.* Reuſn. *de Cod. c. 16. n. ult.* Non obſt. *l. 22. C. de teſtam.* diſſ. Carpz. *2. Dec. 152. ob. §. 11. J. de T. O.* vid. *l. 22. C. de teſt.* bene tamen mulieres, &c.

Cohæſerint] v. g. ſi dicatur: Heres, quem in teſtamento ſcripſi, Titio 100. dato.

Fideicommiſſaria] Ineptum vero eſt, quando dicunt, quod valere debeat, ut

done-

donatio mortis causa. Nam ita valere nequit, quia acceptatio deficit.

Paterno] Hic non opus illa clausula, quia testamentum paternum nullas desiderat solennitates.

LIB. XXX. XXXI. XXXII.

De Legatis & Fideicommissis.

Quadam] Admodum impropriè ita definitur. Nam convenit quidem Legatum & donatio eatenus, quod utrobique adsit titulus lucrativus: in essentialibus autem disconveniunt, quia Legatum ab unius declaratione dependet, donatio autem alterius acceptationem quoque requirit. Melior definitio est in *l. 116. ff. de Leg. I.* P. 511.

Quadruplicis] scil. per *damnationem*, *sinendi modum*, (quibus casibus actio personalis competebat, quia verba ad heredem directa erant,) per *vindicationem* & *praceptionem*, quibus casibus actio realis dabatur.

Alimentorum] E. alimenta legari possunt deportato. P. 512.

Exheredato] Quippe qui ex bonis testatoris nihil percipit.

Transmissionem] v. *supra tit. de pactis p. 50. ibique notata.*

Heredis tantum] E. g. Judæus instituitur heres & Christiano legatur mancipium

um Christianum, quod est extra commercium heredis Judæi; sed ita saltem, quod illud retinere non debeat. Item instituitur heres quidam privatus & imperatori legatur purpura, quæ est extra commercium heredis privati, sed ita, ne ea in vestitu utatur.

Obs. 49.] Hic saltem dicitur, quod fundus legari nequeat, qui est extra commercium, non autem de æstimatione ibi quicquam habetur. Aliud vero in promissionibus inter vivos ob *l. 34. de V. O.*

P. 513. *Crediderit*] Plus valet, quod in re est, quam quod in opinione.

P. 514. *Nihil debetur*] Quia testator scopum suum jam est assecutus, qui volebat, ut ego hanc rem gratis haberem.

Incertitudinem] Quia & gleba fundi nomine venit.

Nec Pessimum] i. e. quando heres eligit, tunc ille pessimum dare nequit Legatario.

Stipulationes] Quas Legatarius ex necessitate hypothetica inire tenetur, alias enim heredes non adirent hereditatem & sic ipse nihil consequeretur.

P. 515. *In rem*] Si species legata.

In re] Dominium scil. vel servitus, item hypotheca.

P. 516. *Electiva*] Si scil. ipse heres speciem legatam adhuc possidet. Contra tertium pos-

possessorem autem sola rei vindicatio competit, aut hypothecaria.

Hereditates] v. *Dist. III. h. t.*

Verbis tantum] De his omnibus actum sub *dist. IV. h. t.* P. 517.

LIB. XXXIII. TIT. II.

De Usu & Usufr. & reditu, &c.

Legatus sit] Hoc procedit, si uterque *eundem titulum* habet, ut hic legati. Si vero est titulus diversus, v. g. Cajus *heres* esto in fundo, Titio *do lego* usumfr. fundi, tunc solus Legatarius usumfr. habet, Struv. *Jpr. l. 2. tit. 24 aph. 7.* P. 518.

LIB. XXXIII. TIT. IV.

De Dote prælegata.

Expresserit] Legatum enim ad minimam quantitatem redigi potest. P. 519.

LIB. XXXIII. TIT. V.

De Optione & electione leg.

Optione] Titio do lego equum, quem optaverit, Germ. das Beste / so er haben will.

LIB. XXXIII. TIT. VII.

De Instructo vel instrum. leg.

Instrumento] v. *dist. I. h. t.* P. 520.

Uti habuit] Nisi dictum: Lego fundum, cum

cum omnibus, quæ ibi sunt, wie es stehet und lieget/mit aller Zubehör.

LIB. XXXIV. TIT. I.
De Alimentis & cib. leg.

Cibarii] v. *diss. I. h. t. Studiorum*] v. *diss. II. h. t.* & supra *p. 451.*

LIB. XXXIV. TIT. II.
De Auro, Argento, mundo &c.

p. 521. *De Mundo & ornamentis*] v. *l. 25. ff. h. t.* ubi ut & in seqq. omnia fuse recensentur, vid. tamen, quæ in *us. pract. diss.* ad *h. t.* notavimus.

LIB. XXXIV. TIT. IV.
De adim. & transfer. legatis.

p. 522. *Consulto*] Quod præsumitur, vid. supra *p. 492. in fin.*

Necessaria] v. g. si eo tempore in maxima indigentia constitutus fuit testator & sic ad alimenta comparanda rem legatam alienavit.

Redemerit] Postquam enim ademtio semel facta, legatum nonnisi adhibitis omnibus solennitatibus de novo constitui poteft.

Secutam] Tunc enim tantum abest, ut testator voluntatem suam mutaverit, ut potius

potius nova incrementa affectus benevolus acceperit, quo scilicet Legatarius jam sine Processu lagatum statim obtinere queat.

Inimicitia] Etiamsi ea ex culpa testatoria provenerit, nam hic etiam sine omni causa legatum adimere potuisset.

Modi] v.g. Legavi Titio 100, ut me sepeliat, deinde autem onus sepulturæ Sempronio demando.

Ipso jure] Etiam subtili veteri.

Exceptione] Secundum æquitatem Prætoriam. In effectu idem est, & nescio an ea distinctio in hac materia in LL. fundata sit. P. 193.

Re tantum] Titio do lego ædes: Cajo do lego ædes. Tunc quilibet dimidiam accipit.

Mentio fiat] Primo scripsi: Titio do lego ædes, jam dico: illas ædes, quas Titio legaveram, do lego Cajo, & tunc solus Cajus ædes accipit, Titius nihil.

Cohæreat] Id est, si primus legatarius v.g. pictor fuit, & ei 100. legata, sub conditiona, si ædes meas pinxerit, secundus Legatarius autem artem pictoriam non intelligit. E. industria personæ primi Legatarii electa fuit.

LIB.

LIB. XXXIV. TIT. V.
De rebus dubiis.

P.524. *Illi relictum*; v.g. Si duo Titii sint eodem modo Testatori conjuncti. Quod si unus ipsi magis conjunctus, huic legatum debetur.

LIB. XXXIV. TIT. VI.
De his, quæ pœnæ causa relinqvuntur.

Odium] Exemplum est in *l. 11. ff. quand. dies leg. ced.* ubi heredi injunctum, ut sub pœna testatori monumentum faceret ad exemplum ejus, quod P. Septimii Demetrii est; at vero talis Demetrius non reperitur.

Impossibile] Conditio impossibilis semper detrahitur in ultimis voluntatibus in favorem ejus, *cujus personæ est adscripta*. Hic vero est adscripta personæ heredis. E. ille nihil dat, licet v. g. Salam non ebibat.

LIB. XXXIV. TIT. IX.
De his, quæ ut indignis auferuntur.

P.525. *Nefficiosum*] v. supra *p. 109. ab init.*

P.526. *Duxerit*] Quia hodie Tutor pupillam ducere potest redditis rationibus, v. supra *p. 444. in f.* E. hoc cessat.

LIB.

LIB. XXXV. TIT. I.
De Conditionibus & Demonstratione.

DE differentia inter diversas conditiones, conditionem & diem atque modum, diem certum & incertum, causam & demonstrationem, &c. plenissime egimus in *uf. pr. dift. b. t. a dift. I. uque ad Dift. XII.*

LIB. XXXV. TIT. II.
Ad Legem Falcidiam.

Captionibus] Multæ alias sunt species p.528. mortis causa capionis, sed huc præcipue pertinet exemplum ex *l. 1. §. 8. b. t.* ubi ita dispositum erat: *Heres meus Sejo penum dato, si non dederit, decem dato.* Heres non dedit penum, E. decem dare debet, quæritur: an ab his decem etiam falcidiam detrahere possit? Neg. Hæc decem enim tanquam pœnam dedit, & Legatarius ea non tanquam legatum, sed occasione mortis testatoris cepit, v. Gothofr. *ad d. l. 1. §. 8.*

Coacta] Hic casus magis pertinet ad titulum sequentem. Nam Legatarii non possunt heredem cogere, ut hereditatem adeat.

LIB. XXXVI. TIT. I.
De Fideic. & ad SC. Trebell.

P.529. *Partem ejus*] v. g. heres 100. partem restituat. Quod ideo universale dicitur, quia fideicommissarius in universis & singulis rebus 100. partem habet. Hic E. non ad quantitatem, sed ad titulum respiciendum.

Rogavit] v. supra *p. 510.* ibique notata.

P.530. *Extraordinaria*] i. e. tali, quæ speciale nomen non habet, quale alias regulariter actiones apud Romanos habebant, *l. 178. §. 2. ff. de V. S.*

P.531. *Exequatum*] E. non detrahitur quarta Falcidia, sed Trebellianica.

De differentia inter utramque Quartam *v. diss. I. h. t.*

LIB. XXXVI. TIT. II.
Quando dies Legatorum vel fideic. ced.

Cedere] v. *diss. I. h. t.*

Personale] v. supra *tit. Quando dies usufr. leg. ced. p. 128.*

Addita] v. *supra p. 50. ibique not.*

LIB. XXXVI. TIT. III.
Ut legatorum sive fideic. serv. caus. cav.

P.532. *Possideant*] Hodie hoc obtinere non puto

puto, quia possessores immobilium ab omni cautione liberantur.

Contestatam] Quia exceptio Cautionis est dilatoria.

LIB. XXXVI. TIT. IV.

Ut in possessione leg. vel fideic. serv. caus. esse liceat.

Supervacanea] Admitto hoc, si bona im- P. 533.
mobilia in hereditate deprehendantur: At si solum mobilia adsint, hypotheca per eorum alienationem facile eludi potest. Unde tunc hæc missio adhuc omnino utilis, vid. tamen *Doctr ff. h. t.*

LIB. XXXVII. TIT. I.

De Bonorum possessione.

Hereditas] v. *dist. I. h. t.*

Procuratorem] Hic enim, licet ego me declaraverim *extrajudicialiter* erga Procuratorem, Procuratori tamen aliquid expediendum superest, scilicet declaratio *judicialis*, quod secus erat in hereditatis aditione supra *p. 505. in f.*

Decretalis] v. *dist. II. h. t.* P. 534.

Extraordinaria] v. *dist. III. h. t.*

Cum re] v. *dist. IV. h. t.*

LIB. XXXVII. TIT. IV.

De Bonorum possessione contra tabulas.

Non matris] Ita olim. Hodie secus, v. P. 535.
supra *p. 488. in f. ibique not. Dn. Strykii.*

LIB. XXXVII. TIT. VI. & VII.
De Collatione & dotis collatione.

P. 536. *Reale*] v. *Dist. I. h. t.*
Vera] v. *Dist. II. h. t.*

Emancipati] Quia collatio emancipatos præcipue respiciebat ab initio, hinc factum est, ut titulus de collatione materiæ de bonorum possessione (quæ etiam principaliter in gratiam emancipatorum introducta) immisceretur. Notandum enim est, quod Parentes olim in actu emancipationis liberis emancipatis certam bonorum portionem assignaverint & hoc facto eos deinde a reliqua successione excluserint. Postquam E. Prætor illos iterum ad successionam admittebat, non leve præjudicium liberis suis exinde imminere videbatur, quia scilicet hac ratione emancipati duas quasi hereditatis portiones consequebantur, scilicet unam in actu emancipationis, alteram in successione, hinc Prætor eos adigebat, ut portionem in actu emancipationis acceptam iterum conferrent. Aliter hoc explicatum in *Doctr. ff. h. t. §. 1.*

P. 537. *Thiis*] *Proprii thii* sunt succedentium nepotum patrui, vel avunculi: *alieni thii* sunt ejus patrui, vel avunculi, cui succeditur, f. defuncti. Derivant autem vocabulum *Thii* a græco Θεὸς, Deus, quia Patruis vice Dei in his terris reverentiam debemus.

bemus, v. Struv. *Ex 38. th. 32.* Derivatio sane nimis longe petita.

Adveniebant] Olim enim adventitia pleno jure & quoad proprietatem quoque Patri aequirebantur, v. supra *pag. 256.*

Ipsa res] v. *dist. l. h. t.* P.538.

LIB. XXXIIX. TIT. I. seqq.

De Operis Libertorum, &c.

DE *alienat. in fraud. Patron.*] Mortuo liberto, si plus quam 100. aureos reliquit, Patronus succedit in tertia parte, *l. 1. ff. de bon. libert.* Si E. libertus in fraudem hujus Legitimae aliquid alienaverat inter vivos, datur Patrono actio Calvisiana ad revocandum alienatum, *l. 3. §. 3. ff. si quid in fraud. Patron.* si alienatio per ultimam voluntatem facta, dabatur actio Faviana, *l. 3. §. 2. d. t.* contra quemcunque possessorem, *l. 1. §. 4. d. t.* P.541.

LIB. XXXIIX. TIT. VI.

Si Tabb. testamenti nullae extabunt, unde Liberi.

IN hoc & sequentibus titulis recensentur species B. poss. Edictalis.

LIB. XXXIIX. TIT. XV.

Quis ordo in possessione servetur.

R *Emotiores*] Scil. ex se natos. Alias vero proximiores nepotes ex alio filio (qui jam mortuus) natos non excludunt. P.544.

Alias quoad succesionem descendentium hi tres casus sunt notandi: Aut (1.) omnes sunt in primo gradu, & tunc succedunt in capita: aut (2.) quidam sunt in primo, quidam in remotioribus gradibus, & tunc remotiores succedunt in stirpes jure repræsentationis: aut (3.) omnes sunt in remotioribus gradibus & tunc omnes iterum in stirpes succedunt.

P.545. *Ascendentibus.* Succesio Ascendentium his regulis includitur:

I. Proximior excludit remotiorem.

II. Si sunt æque proximi, sed in diversis lineis, tunc hereditas in duas partes dividitur, & cuilibet lineæ una pars adjudicatur.

III. Si cum ascendentibus concurrunt fratres defuncti germani, tunc omnes in capita succedunt.

IV. Si concurrunt fratrum germanorum liberi, tunc hi in stirpes succedunt, ascendentes vero adhuc in capita.

P.546. *Collateralibus*] Hic sequentia fundamenta observanda:

I. Germani fratres eorumque liberi excludunt reliquos omnes.

II. Deficientibus Germanis eorumque liberis fratres unilaterales eorumque liberi excludunt reliquos omnes.

III. Deficientibus omnibus fratribus, ger-

germanis & unilateralibus, proximior excludit remotiorem.

IV. Fratrum liberi, quoties adest proximior gradu, cum quo fuccedunt, aut etiam quem excludere volunt, toties inter fe fuccedunt in ftirpes. Quoties vero proximior non adeft, toties fuccedunt in capita. E. fi excludunt fratrem unilateralem, fuccedunt inter fe in ftirpes. Si fuccedunt cum fratre defuncti germano, itidem in ftirpes. Si concurrunt cum defuncti Patruo eumque excludunt, tunc in capita fuccedunt, quia funt æque proximi, &c.

Duplicitatis] Nifi unus fit defuncti patruelis & confobrinus fimul, alter vero folum patruelis, v. g. Paulus eft defuncti patruelis, & fic unam capit: Titius vero patruelis & confobrinus fimul, & fic duas capit portiones. Supponendum eft in hoc cafu, quod duo fratres duas forores duxerint, & quod unus frater jam ex priori matrimonio filium habuerit, de cujus fucceffione nunc quæritur.

Occiderit] Idem in quæftione: An talis maritus dotem lucretur? obtinet, *v. fupra tit. folut. matr. in f, ibique not. p. 455.* *P. 547.*

Affines] Hinc Proverbium: Die Schwägerſchafft ſchadet zwar an der Ehe / hilfft aber nicht zum Erbe.

Immobilia] E. si defunctus domicilium in Marchia, in Saxonia autem immobilia habuit, horum intuitu germanorum liberi & fratres unilaterales simul succedunt, ita enim de jure Sax. dispositum.

Destinata] v. g. lecti in diversorio Saxonico, &c.

LIB. XXXIX. TIT. I.
De novi operis nunciatione.

Publica] v. *dist. I. h. t.*

Realiter] v. *dist. II h. t.*

P.548. *In suo*. Sed tamen in præjudicium servitutis, quam forsan nuncians in illo fundo habet.

Incola] Qui quidem in civitate commorantur, sed jus civitatis, das Bürger-Recht / non impetrarunt.

Vicinis] Si scilicet nunciatus sui copiam non faciat, prout hoc etiam alias in insinuatione citationis moris est, si citatus sui copiam non faciat, nec aliquis ex ejus domesticis adsit.

Destruendo] v. g. si nunciatus parietem destruere velit, in quo servitus tigni immittendi, vel oneris ferendi mihi competit.

P.549 *Destruatur*] Hoc hodie saltem in eo casu fit, si gravissimum damnum sentiat nuncians, v. g. si contra servitutem ne luminibus officiatur, integra conclavia

sint obscurata & inutilia facta. In leviori damno nunciatus ad pœnam pecuniariam f. interesse condemnari solet.

LIB. XXXIX. TIT. II.
De damno infecto.

Subsidiaria] Casus talis est: Habeo ædes *P. 556.* proprias: ædes vicinæ inter me & te sunt communes & hæ ruinam minantur. Hic ego ipse easdem reficere & deinde impensas factas actione communi dividundo repetere possum. E. tunc ad hunc titulum non recurritur.

Extraordinaria] Id est, coram Prætore, non coram Judice pedaneo. In causis enim, quæ moram non ferebant, ipse Prætor cognoscebat, *v. tit. de extraord. cognit.*

Servitutis] v. g. Qui servitutem tigni immittendi in pariete vicino habet, & qui paries ruinosus est. Qui enim talem servitutem habet, is parietem reficere tenetur. Aliud in servitute oneris ferendi, ubi serviens ad refectionem obligatur.

Vicinus] Casus in *l. 13. §. 2.* hic est: inter ædes meas & ruinosas sunt aliæ non vitiosæ. Hic uterque & sic etiam vicinus, cujus ædes non sunt vitiosæ, cavere tenetur. Potest enim fieri, ut ædes vitiosæ in ædes non vitiosas incidentes damnum mihi dent. Cum enim vicinus de cautione damni infecti sibi non prospexe-

N 5 rit,

rit, hoc sibi imputare debet ac merito conveniatur.

Aliud remedium] v. *not. ad voc. subsidiaria.*

P. 551. *Casu*] Si casu damnum factum, v. g. per vim venti & tempestatis, tunc vicinus se liberare potest, si lapides, ligna, &c. derelinquere & quasi noxæ dare velit, *v. l. 6. l. 7. §. 1. ff. h. t.*

Circumstantiis] Intra quod tempus scilicet ædes ruinosæ cadere & damnum inferre possint.

Missionem] v. *Dist. I. sub tit. quib. ex caus. in possess. eat.*

LIB. XXXIX. TIT. III.

De Aqua pluvia & aquæ pluviæ arcendæ.

P. 552. *Colendi*] Casus E. ad hunc titulum pertinens sequens est: Aqua pluvia præterlabitur meum fundum & tuum & in neutrum defluit. Tu vero nihilominus in tuo fundo, qui inferiori in loco est, aliquid exstruis, quo facto aqua restagnatur & necessario in meum defluit. Tunc E. quia tu hoc opus sine necessitate fecisti, contra te actio competit.

P. 553. *Judicii mutandi*] i. e. si rem in potentiorem, vel rixosum transtulit, *v. tit. de alien. jud. mut. caus. fact.*

LIB. XXXIX. TIT. IV.
De Publicanis & Vectigalibus & commissis.

Conductores] Apud Romanos enim Vectigalia locabantur & conductores erant pessimi homines, quod idem apud Judæos obtinebat, unde cum Christo maximum scelus objicerent, eum increpabant, quod cum Publicanis converseur.

Persecutione] Coram Prætore. In P.554.
Criminalibus enim non erat certa formula agendi, ut in civilibus.

Immunes] Hæc immunitas hodie non tam ex jure Romano, quam potius ex moribus cujusvis Provinciæ addiscenda.

Professio] Si scil. post professionem P.555.
Publicanus in exigendo vectigali moram admittit & transeuntes citra justam causam expectare jubet.

LIB. XXXIX. TIT. V.
De Donationibus.

Insinuatione] Ut scilicet Judex videre P.556.
queat, annon forsan prodigalitas subsit, quod ex persona, cui donatur, & facultatibus donantis æstimandum.

Scabini] Horum enim præsentiam in P.557.
testamentis solum desiderant, Saxones præcipue.

Per

Per procuratorem] Secus iterum in testamenti oblatione, *v. supra p. 485.*

Nisi facta] Insinuatione opus non est, quoties ex circumstantiis apparet, nullam subesse prodigalitatem.

Confirmata] Hoc erroneum, quia juramentum contra Legis prohibitionem nihil operatur.

P. 558. *Juramentum*] Hoc sine iniquitate admitti potest, quia donatio saltem propter fictionem juris civilis, unitatis scil. personæ, non admittitur.

Etiam futura] Casum non dabilem esse putant nonnulli, ita enim donans ipse postea esurire necesse haberet, quod nemo nisi fatuus faciet. Sed resp. potest quis proprietatem omnium bonorum donare & nihilominus tamen usumfr. ad dies vitæ sibi reservare, quo casu esurire non tenetur.

Usura] Donatarius enim non certat de damno vitando, sed de lucro captando.

Similes] Ex interpretatione declarativa, v. g. donatarius ingratus est, si ipse verberet donantem, E. etiam, si hoc per alium faciat. Comprehenduntur alias causæ ingratitudinis hoc versu:

Ingratum faciunt atrox injuria, damnum,
Impia dextra, fides fracta, pericla necis.

Fides

Fidas fracta est, si donatarius non implet conditionem, vel modum, donationi adjectum.

Alienatas] Aliud E, si m. f. id est, postquam jam commiserat ingratitudinem & revocationem metuebat.

LIB. XXXIX. TIT. VI.
De Mortis causa donationibus & capt.

Cogitatione mortis] Hic tres casus distinguendi: Mentio mortis vel adjicitur *tanquam causa impulsiva*, v. g. quia video me moriturum esse, ideo tibi dono: vel *in ipsis verbis dispositivis*, v. g. si in hoc periculo peream, dono tibi, vel habebis, quando moriar: vel *in verbis executivis*, v. g. dono tibi, sed habebis demum post mortem meam. *Primo* & *tertio* casu est donatio inter vivos, *secundo* autem mortis causa. *P. 559.*

Non solum autem intuitu mortis *propriæ*, sed & *alienæ* donari potest, quamvis hoc ultimum m. c. capionem communiter dicant, *v. l. 18. pr. ff. h. t.*

Usurarii] Qui alias testari nequeunt, *P. 560.* vid. supra *p. 485.*

Conventum] Tunc hoc respectu qui- *P. 561.* dem cum donatione inter vivos comparari potest, manet tamen adhuc donatio m. c. eo respectu, quod donatarius, si

ante

ante donantem moriatur, in heredes nihil transmittat.

Facto] v. *tit. de adim. & transf. leg.* Ex quibus factis enim ademtio Legati inducitur, ex illis quoque donatio revocata censetur.

LIB. XLI. TIT. I.

De acquirendo rerum Dominio.

P.562. *Civilibus*] Horum etiam tres sunt: Usucapio, donatio m. c. & Legatum, in his duobus ultimis enim dominium sine traditione transit, quod est ex mero jure civili.

Censura] v. *Dist. I. h. t.*

Late] Pecunia denotat omne, quod in patrimonio est.

Stricte] Sumitur pro rebus, quæ pondere, numero & mensura constant.

P. 563. *Revocabile*] v. g. ille, qui fundum cum pacto de retrovendendo ad certos annos emit.

Uxori] v. *supra p. 448. ibique not.*

Emtor] v. *supra p. 563.* ubi hoc refutatum.

Tortura] Si thesaurus sit maximæ quantitatis. Vix tamen ultra territionem realem, aut primum gradum torturæ procedi solet.

Possessorio] vid. *dist. I. sub tit. de Const. pecun.*

Instru-

Instrumentum] Antiqvum sc. alte Kauff- oder Lehnbrieffe/ secus in instrumento super præsenti contractu confecto, nisi hoc in specie ita conveutum, v. Stryk. *Caut. Contr. Sect. 2. Cap. 8. §. 22.* v. *dist. IX. h. t.* P. 564.

Naturalis] v. *dist. II. h. t.*

Circumdet] Hoc a JCtis vocatur *Circumluvio.* P. 565.

Specificatio] v. *dist. III. & IV. h. t.* P. 567.

Confusio] v. *dist. V. h. t.*

In fructu] Absurdum esse dicitur in *cit.* § 37. hominem esse in fructu. Sed hæc non est vera ratio. Mancipia enim sine dubio in fructu erant. Vera autem ratio est, quia ancillæ non sunt destinatæ ad pariendum, sed ad laborandum. P. 568.

Non est] Aliud in materia condictionis indebiti, v. supra *p. 204.*

Obstet] Ut in rebus sacris, sanctis, &c.

Alibi enim] In *cit. l. 25. §. 6. ff. de her. pet.* dicitur, quod non sit prædo, qui in jure errat. Ergo non tenetur de casu fortuito, per quem res periit, de quo alias tenetur prædo.

Percepti] Et adhuc extantes.

Revocabiliter] Nisi usucapti sint.

LIB. XLI. TIT. II.

De acquirenda vel amittenda possessione.

R*Etinetur*] i.e. mente s. animo solo retineri P. 569.

tineri quidem potest possessio, sed non de novo acquiri.

Jacinere] Sed momentaneum saltem, quamdiu scilicet alter in petitorio contrarium non probavit. Unde potius est præsumtio juris, quam ipsum jus.

Continet] Quod scilicet Possessor vel corpore rei insistere, vel ad minimum facultatem ingrediendi rem habere debeat.

Bonæ fidei] v. *Dist. III. h. t.*

Justa] v. *Dist. IV. h. t.*

Naturalis] v. *Dist. II. h. t.*

P. 570. *Derivata*] Traditione scil.

Originaria] Occupatione, hæc enim solo visu non fit, uti antea dixit Autor p. 565.

P. 571. *Possessorium*] v. supra p. 2563. *Voc. Possessorio.*

Interveniente] v. g. Si ille, qui hactenus ut emphytevta possedit, canonem solvere detrectet, ac se declaret, quod pleno jure nunc possideat, quod tamen b. f. facere debet, v. g. si ex antiquis instrumentis deprehendat, se esse pleoum dominum.

Quædam] De quibus v. *supra p. 557. in f.*

Civiliter] Sic Locator civiliter, conductor naturaliter eandem rem possidet, &c.

Certa] E. Genus possideri nequit, bene tamen species.

Ind-

Indiviso] E. g. si sexta pars ædium tradatur, ubi sexta pars in omnibus conclavibus competit.

Transit] v. *supra p. 506.*

Non differunt] Quando scil. disputatur de *facto* possessionis. Aliud, si de *jure* recuperandi possessionem agitur, tunc enim v. g. fur illud non intervertit, bene tamen Judex. P.572.

LIB. XLI. TIT. III.

De Usurpationibus & Usucapionibus.

Differebant] v. *Dist. l. h. t.*

Rebus] Usucapio in rebus Italicis, præscriptio in Provincialibus obtinebat.

Tempore] Usucapiebantur res mobiles anno, immobiles biennio: præscribebantur decennio inter præsentes, vicennio inter absentes.

Effectu] Usucapio dominium tribuebat, præscriptio saltem exceptionem, quamdiu quis possidebat, v. Brunnem. *ad l. un. C. de usucap. transform.*

Servitutum] v. suprà *p. 534 in f.* P.573.

Causa] Si Procurator meus dicit se emisse, cui tamen res saltem commodata erat.

Peculio] Si v. g. filiof. res a non domino donetur, qualis res donata ad peculium adventitium pertinet.

Continuat] v. *p. 569.*

Unita] v. *Dist. II. h. t.*

Tota] Hæc verba obscura explicavimus sub *d. dist. II. h. t.*

Facultatis] Dicuntur res meræ facultatis, quoties actiones nostræ non sunt restrictæ per *legem*, nec per *conventionem*, nec per *testamentum*.

P. 574. *Hereditariam*] Quamdiu hereditas jacens & sic nemo in possessione fuit. Tunc enim proprie non est furtum juridice sic dictum.

Alienaverit] Tunc ille usucapit, in quem alienatio facta.

Interesse] Hoc vult Autor: Licet is, in quem ita alienata est res hereditaria sublata, dominium ejus acquirat intra triennium, vel decennium; attamen eo ipso, non expirat actio, quam Creditor ejus rei intuitu habet, sed hæc ad 30. vel 40. annos durat, prout vel personalis est, vel hypothecaria.

Longo tempore] In *l. 18. ff. h. t.* dicitur, quod bona *nondum nunciata diutina* possessione præscribantur: In *l. 1 C. de quadr. præscr.* autem dicitur de quadriennio, unde hæc lex necessario, de bonis *nunciatis* intelligenda. Quamprimum vero nunciatio præscripta, tunc statim quoque res præscripta dicitur.

Jacente] v. *p. 572. ibi : exceptio tamen est &c.*

In

In diem] Ergo dies ultimus cœptus pro completo habetur. Exceptio est in præscriptione actionum temporalium, v. g. redhibitoria, quanti minoris, &c. *l. 6. ff. de O. & A. ibique Gothofred.*

Absentes] Intelligitur hic absentia *ordinaria*, propter *extraordinariam* enim datur restitutio in integrum, de qua ad *tit. Ex quib. caus. maj.*

Facto] v. g. propter absentiam adversarii, vel ejus furorem, vel infantiam, si nempe furiosus & infans Curatore & Tutore destituatur. Tunc enim is, cujus bona ab absente, furioso & infante possidentur, quamvis ipsam actionem instituere nequeat, libellum tamen ad Præsidem, (vel Judicem apud nos) mittere & sic præscriptionem interrumpere potest, *l. 2. C. de ann. præscr.*

Bellum] In *cit. c. 10. X. de Præscript.* non distingvitur, an justitium fuerit, annon.

Alluvione] Hoc intelligendum intuitu ejus, cui aliquid per alluvionem decedit, quamvis *l. 3. §. 17 de A. A. P.* de inundatione solum loquatur.

Testato] Ostensis documentis, vel adductis testibus, quibus in eventum est usurus in institutione actionis. Alias vero sola extrajudicialis denunciatio nihil operari poterit.

Extremitates] Id est, initium & finem,

tunc enim præsumitur, quod etiam intermedio tempore possederit.

P.576. *Sine titulo*] Exemplum posset esse in herede, qui rem commodatam in hereditate repertam b.f. sed sine titulo possidet.

Minorum] v. tamen *not. Strykii ad p. 574. verb. Non præscribebantur.*

Non possunt] v. g. Regalia secundum vulgatam DD. opinionem, quæ tamen admodum dubia, quia subditi negligentiam Principi objicere nequeunt. Dicunt quidem, hanc præscriptionem esse tacitam concessionem; Sed ubi Princeps contrariam voluntatem expresse declarat, ibi tacita attendi amplius nequit.

LIB. XLII. TIT I.

De re judicata & effectu sententiarum &c.

P.578. *Definitiva*] v. *dist. I. h. t.*

Simplex] v. *dist. II. h. t.*

Excussionis] Si scilicet debitor principalis solvendo non sit. Revera enim tunc Creditum amittit Creditor.

Plures] Hoc de Judicibus pedaneis intelligendum & sic ad nostros non quadrat.

Juret] Hoc iterum ad nostros Judices non quadrat.

Mino-

Minorem] v. in simili de dissensu arbitrorum supra *p. 90.*

Consideratur] Hoc quidem in votis *consultativis* procedit, v. g. quando Princeps vota consiliariorum suorum audit, non vero in *decisivis*, v. g. plurium Assessorum in judicio. Quis enim dijudicaret, quæ nam vota sint saniora?

Debebat] Quia Procurator fiebat litis dominus, quod hodie eessat.

Causam petendi] E. quod petii in possessorio, judex non potest adjudicare in petitorio. Nisi tamen clausula salutaris libello adjecta, v. infra *p. 591. in f.*

Percepti] v. supra *p. 117.* Ita in judiciis singularibus. In universalibus, v. g. hereditatis petitione, etiam ante litem contestatam percepti adjudicandi, quia pertinent ad universitatem.

Stante] Misera est ratio, quod sedens melius deliberare censeatur. Dum enim profert Judex sententiam, ea jam est concepta. Multi etiam homines melius inter ambulandum & stantes deliberant ac meditantur, quam sedentes. *p. 579.*

In thesi] v. *Dist. III. h. t.*

Libellum] Unde sæpe pronunciatur: daß Beklagter die Libellirte *vel*, die in dem Document fol. 8. befindliche Post zu bezahlen schuldig.

Res judicata] v. *Dist. IV. h. t.*

P. 580. *Lata*) v. supra p. 187. Aliud si pars parti detulit juramentum, p. 185.

Imploratione) Olim Judex pedaneus ferebat sententiam, Prætor vero exequebatur, E. coram hoc actio rei judicatæ erat instituenda. Hodie idem Judex fert sententiam & exequitur, E. tali actione opus non est.

LIB. XLII. TIT. II. De Confessis.

Filia) v. *Dist. III. h. t.*

In jure) v. *Dist. I. h. t.*

Pro judicato) Si enim Reus statim confitebatur coram Prætore, non opus erat, ut causa ad Judicem pedaneum devolveretur, & sic nec sententia, nec judicato opus erat.

Stare) v. g. in Spiritualibus, v. supra p. 97.

Competente) Sed si coram incompetente facta, ad minimum tamen idem operabitur, quantum operatur extrajudicialis.

P. 581. *Extrajudicialis*) v. *Dist. II. h. t.*

LIB. XLII. TIT. III. De Cessione bonorum.

P. 582. *In locis*) In Gallia pileum viridem, secundum jus Saxonicum flavum portare debent, Dn. Thomas. *Disp. Lips. 4. Cap. 5. §. 126.*

§. 126. Plura habet Hahn. *ad Wesenb. h. t. verb. infamia saltem facti*, & Beyer *Posit. ff. h. t.*

LIB. XLII. TIT. IV.

Ex quibus causis in possessionem eatur.

Jurisdictionis] i. e. in sensu juris Romani, quando non involvit pœnam.

Imperii] Si fit in pœnam.

Causam] Si scil. Reus citatus venire, aut respondere noluerit. p. 583.

Naturalem] i. e. ex nudo pacto, quod olim actionem non tribuebat.

Eliditur] Et de qua statim constat.

Hodie] Non habemus hodie missionem ex primo decreto, prout ostensum in *Us. pract. dist. h. t. dist. I.* Imperiti Judices quidem interdum adhuc iis terminis utuntur, prout ex actis deprehendi, sed admodum contorte. Eorum enim missio ex primo Decreto tribuit jus percipiendi fructus, & missio ex secundo Decreto est ipsa adjudicatio. Sed quis non misereatur ejusmodi ignorantiæ?

LIB. XLII. TIT. V.

De rebus autoritate Judicis possid.

Dilatoria] v. gr. si debitum est in diem. p. 584.

P.586. *Putativa*] Minus recte hic substituitur in *Edit. de A.1701. Uxor vera, non putativa.* Uxor putativa enim, quamdiu talis est, eadem jura habet, quæ veræ competunt.

P.587. *In alia*] Quando scil. pecunia non ad refectionem ædium mutuo data.

Deponens] v. supra *p. 283.*

P.588. *Prospexit*] Huc etiam pertinent Salaria Advocatorum, Institorum, Medicorum ratione morbi non ultimi. Item ii, qui sine usuris crediderunt, aut ad redemtionem captivorum, v. Brunn. *Proc. Conc. Cred. Cap. 5. §. 64.*

Favorabiliori] Sed cum hoc nullibi determinatum sit, melius dicitur, eos pro rata admittendos esse, Brunnem. *d. l.* §. *60.* Excepto tamen deponente, qui ut paulo ante dictum ab Autore, mox primus, mox ultimus in hac quarta classe est,

LIB. XLII. TIT. VI.

De separationibus.

ACtum] Hoc non est verum, vid. interim *Diss. I. h. t.*

LIB. XLII. TIT. VII.

De Curatore bonis dando.

EX officio] Si scil. Creditores non petunt, alias enim Processus esset nullus.

Mulier] Hic argumentum à Curatore

mino.

minorum non valere ostendimus *Dist. I. h. t.* ubi & reliqua quærenda.

De Differentia inter *Curatorem bonorum* & *Contradictorem* v. *Dist. II. h. t.*

LIB. XLII. TIT. IIX.

Quæ in fraudem Creditorum facta sunt &c.

Non sufficit] Idem supra in materia donationis inter conjuges juxta Autorem *p. 451. in f.* *P.590.*

LIB. XLIII. TIT. I.

De Interdictis &c.

Mixta] Huc præcipue pertinet interdictum: Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus, quod certo respectu prohibitorium & restitutorium, adipiscendæ retinendæ & recuperandæ possessionis est, *v. tit. Ne vis fiat ei &c.* *P.591.*

Summaria] v. *Dist. III. h. t.*

Possideat] i. e. quo jure possideat.

Finiri] v. *tit. de quib. rebus ad eund. jud. eat. p. 157.* *P.592.*

LIB. XLIII. TIT. II.

Quorum bonorum.

Faciliori] v. *Dist. I. tit. præced.*

Hoc & sequentia interdicta denominationem suam habent a verbis initialibus

bus Edicti Prætorii, quod utplurimum in *l. 1.* cujuslibet tituli adducitur.

LIB. XLIII. TIT. XVI.
De Vi & vi armata.

P. 596. *Jussior*] Et hoc in continenti, i. e. ex liquidis instrumentis doceri queat.

LIB. XLIII. TIT. XVII.
Uti Possidetis.

P. 597. *Adversario*] Si hoc in continenti probari queat.

Antiquior] Si agitur in summariissimo possessorio, hæc antiquior possessio non attenditur, sed junior potius.

LIB. XLIII. TIT. XVIII.
De superficiebus.

P. 598. *Superficies*] De differentia inter Emphyteusin & superficiem v. *Diss. l. h. t.* quæ scilicet ex omnibus illis, quæ Autor adducit, vix cognosci potest.

Domini uti] Sed tunc revera ex Locatione nihil superest, nisi inane nomen.

P. 600. *Communi dividundo*] Si scil. duobus, vel pluribus res aliqua legata, donata, aut alio titulo *singulari* superficies constitute.

Superficiei] Quatenus scil. superficies ipsum fundum denotat, unde revera non differ-

dissentit Struv. *Jurispr. R. G. l. 2. tit. 12. aph. 22.* quippe qui de ædificio in fundo extructo loquitur.

Pensionis] Jus singulare enim non extenditur ultra verba legis. Quod vero emphyteuta& conductor ob cessationem solutionis mercedis expelli possit,hoc est jus singulare.

LIB. XLIII. TIT. XIX.

De Itinere actuque priv.

UT servitute] Aliud E. si jure familiaritatis.

30. Dies] In praxi in summariissimo possessorio solum eo respicitur, an quis unum alterumve actum quiete exercuerit, quod semper & in sequentibus titulis repetendum.

LIB. XLIII. TIT. XX.

De Aqua quotidiana & æstiva.

Quotidiana] v. *Dist. l. h. t.* *P. 601.*

LIB. XLIII. TIT. XXI.

De Rivis.

Possessori] Si duo per eundem rivum aquam ducunt, qui Rivales vocantur, utrique datur interdictum, *l. 1. §. 26. ff. prae. tit.* *P. 602.*

LIB.

LIB. XLIII. TIT. XX.

De Fonte.

Non pertinet] Ex mera subtilitate, v. supra *p. 135. ibique not.*

LIB. XLIII. LIB. XXIV.

Quod vi aut clam.

P. 603. *Colendi causa*] v. supra *p. 552. in f.*

LIB. XLIII. TIT. XXVI.

De Precario.

P. 604. *Anomalam*] v. supra *p. 401. in med.*

LIB. XLIII. TIT. XXXIII.

De Salviano interdicto.

P. 608. *Tertium*] Contrarium habetur in *l. 1. §. 1. h. t.* ut adeo hic sit discrepantia Legum. Interim DD. ita conciliant eas, quod *d. l. 1. §. 1 h. t.* de utili, non directo interdicto intelligenda sit, vid. Gothofred. *ad eand.*

LIB. XLIV. TIT. I.

De Exceptionibus, Præscript. & præjud.

Late] E. tunc etiam Replicam, duplicam &c. sub se comprehendit.

Facti] Veram differentiam inter Exceptionem facti f. intentionis & juris f. actionis ex fontibus juris Rom. ostendimus in *Uſ. pr. diſt. jurid. h. t. diſt. I.*

Nominatas] v. *diſt. II. h. t.* P. 609.

Infactum] Sic v.g. quando quis me decepit, habeo exceptionem doli; ſed ſi Pater meus me decepit, dicitur in factum & tunc eſt innominata.

Civiles] v. *diſt. III. h. t.*

Perſonales] v. *diſt. IV. h. t.*

Dilatorias] v. *diſt. h. t.*

Sublata] Si ſtatim *ab initio* Proceſſus P. 610. diſputatur, tunc ſolet vocari Exc. Præventionis; ſi vero alter, poſtquam lis *jam diu* in uno judicio inchoata & nondum ſopita, contra alterum quid ſuſcipere velit, quaſi jam res judicata adſit, tunc Exceptio Litispendentiæ opponi ſolet.

Rejicitur] v. ſupra *p. 99. in f.*

Suſpecti] Imo ſi unus ſuſpectus, a cujus nutu totum Collegium dependet. Quod ſi etiam alias unus vel alter ex Collegio ſuſpectus eſt, ille in hac cauſa à decernendo abſtinere debet.

Inſtituenda] Quando Actor adhuc ſemel petit, quod ei jam antea ſolutum eſt. P. 611.

Generalem] v. g. ſi Actor nullum contractum, aut delictum in ſpecie exprimit, ex quo agit.

Actio-

Actionem] v. g. si ex jure imperfecto aut officiis humanitatis agat Actor.

Libra auri] Hodie non.

P. 612. *Nullam*] v. g. deficientis Mandati f. Legitimationis.

Superveniat] Si v. g. ego a Reo equum ex contractu emtionis peto, Titius vero dicit, illum equum sibi nuper furto ablatum & sic eum vindicat.

Non tradita] Quamvis enim Judex me condemnaverit ad pretium solvendum, supposuit tamen, si res tradita. Unde DD. dicunt, quod hæc exceptio non impugnet sententiam, sed eam modificet.

In jure] Ut Prætor eas formulæ Judici pedaneo præscribendæ inserere posset.

Opponuntur] Quia Judex pedaneus hic ex bono & æquo judicabat.

Non est] Quia Judices pedaneos non habemus.

Privilegio] Hæc enim, quia juris sunt, E. de iis in continenti constat.

LIB. XLIV. TIT. II.
De Exceptione rei judicatæ.

P. 614. EAdem causa] Inde supra p. 49. dicebatur, utile esse, ut Actor causam remotam f. specialem etiam in actionibus realibus in libello exprimat, ut scilicet si ex una causa succumbat, deinde ex alia egere queat.

LIB.

LIB. XLIV. TIT. III.

De diversis tempor. Præscriptionibus &c.

Actiones, quæ præscribuntur, oriuntur vel ex *jure in re*,

I. Ex Dominio, Rei Vindicatio, 3. annis, si res mobilis, 10 annis, si immobilis. Idem in Publiciana in rem actione obtinet, nec non Emphyteuta, Vasallus aut alius quis agit, cui Dominium utile competit.

II. Ex jure hereditario Hereditatis petitio 30. annis, sive ex hereditate Prætoria s. civili oriatur.

III. Ex Jure servitutis Actio Confessoria 10. annis, vel 20. inter absentes. Idem in Negatoria, nam si alter 10. annis possedit servitutem, præscripsit eam & per consequens ego ad libertatem naturalem amplius cum effectu provocare non possum.

IV. Ex jure Pignoris Hypothecaria 40. annis si Debitor vel ejus heredes hypothecam possident; si tertius b. f. 10. annis, si m. f. 30. annis, aut de jure; canonico plane non.

V. Ex jure possessionis Interdicta 30. annis, nisi quæ ex delicto sunt, v. g. Unde vi, quatenus scilicet ad fructus percipiendos & ad interesse tendunt, nam ratione rei persecutionis etiam sunt perpetua.

Vel oriuntur ex jure *ad rem*,

I. Ex

I. *Ex Contractu* hæ omnes funt perpetuæ, id eft 30. annis præfcribuntur, & hic nulla differentia eft, utrum ex jure Prætorio, an vero ex jure civili oriantur.

II. *Ex Delicto*. Et tunc fi *rem perfequuntur*, iterum 30. annis præfcribuntur, fi vero *pœnam privatam* pro objecto habent, tunc lapfu unius anni expirant, ex quibus hodie nulla fere in ufu eft, præter actionem injuriarum æftimatoriam.

Si propter delictum *criminaliter* agitur, tunc regulariter terminus præfcriptionis eft 20. annorum. Excipe (1.) delicta carnalia, quæ 5. annis, & (2.) atrocisfima, ut Affasfinatus & reliqua ab Autore adducta, quæ nunquam præfcribuntur.

Specialia de præfcriptione biennali, quadriennali, quinquennali, &c. ex Autore repetenda funt.

P. 616. *Requiritur autem*] Hoc intelligendum de præfcriptione actionum, non de præfcriptione criminum, de qua tamen in proxime præcedentibus fermo erat.

LIB. XLIV. TIT. IV.

De Doli mali & Metus exceptione.

P. 617. *Concurrit*] Et fi opponere poffum Exceptionem folutionis, compenfationis, pacti de non petendo; &c. tunc etiam exceptionem doli opponere licebit, quia dolo facit, qui non attenta

attenta solutione, &c. nihilominus aliquid à me petit.

Elidītur] Casus in *l. 12. §. 1. ff. quod met. cauf.* talis est: Cœgisti me, ut tibi promitterem, ego te iterum per vim cogo, ut v. g. chirographum restituas. Tu deinde agis ad debitum persolvendum: ego excipio, me esse liberatum per redditionem chirographi: Replicas. Te coactum fuisse ad restitutionem chirographi: duplico: Me etiam coactum fuisse ad dandum Chirographum. E. hic potius duplicatio, quam replica adest.

LIB. XLIV. TIT. VII.

De Obligationibus & Actionibus.

Omnia huc pertinentia explicata & adducta vide in *Uf. pract. Dif. jurid. h. t.* sub XV distinctionibus.

LIB. XLV. TIT. I.

De verborum obligationibus.

Pretoria] v. *Dist. I. h. t.* P. 626.

Individuas] v. g. si duo servitutem promiserant, vel etiam speciem. Aliud, si quantitatem. P. 627.

Sublata] v. omnino *§. 1. J. h. t.*

Procuratori] Sed tunc pertinet ad Exceptionem præcedentem. P. 628.

Adjectus] Differt hic à Procuratore,

 quod

quod hic constituatur per mandatum, adjectus autem totius negotii ab initio est ignarus, & demum illud ex postfacto rescisit, ubi debitor ipsi debitum offert.

Ope exceptionis] In effectu idem est, sive ipso jure, sive ope exceptionis liberatio fiat.

LIB. XLV. TIT. II.
De Duobus Reis.

P. 629. *Credendi*] Vocantur alias etiam Correi *stipulandi*.

P. 630. *Debendi*] Vocantur etiam Correi *promittendi*.

P. 631. *Pacto*] Hodie secus.

Non repetit] Quia in solidum fuit obligatus.

LIB. XLVI. TIT. III.
De Fidejussoribus & Mandatoribus.

P. 632. De differentia inter Fidejussorem & Mandatorem v. *diff. I. h. t.*

Necessarius] v. *diff. II. h. t.*

Principalis] v. *diff. III. h. t.*

Simplex] v. *diff. IV. h. t.*

P. 633. *Repetenda*] Moribus aliud obtinere testatur Carpz. *P. 2. C. 42. def. 17.* Et de moribus Pomeraniæ Mev. *P. 2. Dec. 367. n. 6.* Varias DD. opiniones hac de re recenset Beyer *Pos. ff. h. t. Pos. 7. seqq.*

Æqui-

Æquitas] Quia actiones contra confidejussores Creditori post solutionem nihil amplius prosunt. P. 635.

Considerantes] Nam datur alias etiam Tutoribus, Mandatoribus, Constitutoribus, de quibus Autor *pag. prec.* dixit. P. 636.

Ipse fecit] Scilicet in Processu *contra Creditorem.*

Petere potest] Scilicet potest his casibus Creditorem ad agendum provocare ex *L. si contendat. ff. de fidejuss.*

Quoad Expensas] Quas fecit in Processu *contra confidejussores.* Hi enim victi victori ad expensas tenentur.

A Judæo] Si tamen Judæi tolerantur & maximas usuras ipsis percipere permittitur, aliud dicendum, v. Dn. Stryk *Caut. Contr. Sect. 2. C. 6. §. 36.*

LIB. XLVI. TIT. II.

De Novationibus & Delegationibus.

Necessariam] v. *dict. L. h. t.* P. 637.

Delegatio] v. *dict. II. h. t.*

Non solvendo] Hoc limitandum, nisi delegans tempore delegationis sciverit, debitorem delegatum non esse solvendo & sic dolose egerit. Aut si scivérit, debitorem brevi decocturum esse. P. 639.

quod hic constituatur per mandatum, adjectus autem totius negotii ab initio est ignarus, & demum illud ex postfacto rescifcit, ubi debitor ipsi debitum offert.

Ope exceptionis] In effectu idem est, sive ipso jure, sive ope exceptionis liberatio fiat.

LIB. XLV. TIT. II.
De Duobus Reis.

P. 629. *Credendi*] Vocantur alias etiam Correi *stipulandi*.

P. 630. *Debendi*] Vocantur etiam Correi *promittendi*.

P. 631. *Pacto*] Hodie secus.

Non repetit] Quia in solidum fuit obligatus.

LIB. XLVI. TIT. III.
De Fidejussoribus & Mandatoribus.

P. 632. De differentia inter Fidejussorem & Mandatorem v. *dist. I. h. t.*

Necessarius] v. *dist. II. h. t.*

Principalis] v. *dist. III. h. t.*

Simplex] v. *dist. IV. h. t.*

P. 633. *Repetenda*] Moribus aliud obtinere testatur Carpz. *P. 2. C. 42. def. 17.* Et de moribus Pomeraniæ Mev. *P. 2. Dec. 387. n. 6.* Varias DD. opiniones hac de re recenset Beyer *Pos. ff. h. t. Pos. 7. seqq.*

Æqui-

Æquitas] Quia actiones contra confidejussores Creditori post solutionem nihil amplius prosunt. P. 635.

Consideramus] Nam datur alias etiam Tutoribus, Mandatoribus, Constitutoribus, de quibus Autor *pag. prac.* dixit. P. 636.

Ipse fecit] Scilicet in Processu *contra Creditorem*.

Petere potest] Scilicet potest his casibus Creditorem ad agendum provocare ex *L. si contendat. ff. de fidejuss.*

Quoad Expensas] Quas fecit in Processu *contra confidejussores*. Hi enim victi victori ad expensas tenentur.

A Judæo] Si tamen Judæi tolerantur & maximas usuras ipsis percipere permittitur, aliud dicendum, v. Dn. Stryk *Caut. Contr. Sect. 2. C. 6. §. 36.*

LIB. XLVI. TIT. II.

De Novationibus & Delegationibus.

Necessariam] v. *dist. I. h. t.* P. 637.

Delegatio] v. *dist. II. h. t.*

Non solvendo] Hoc limitandum, nisi delegans tempore delegationis sciverit, debitorem delegatum non esse solvendo & sic dolose egerit. Aut si sciverit, debitorem brevi decocturum esse. P. 639.

LIB. XLVI. TIT. III.

De Solutionibus & Liberationibus.

Et debita] i. e. pecuniæ.

Rei debitæ] cujuscunque præter pecuniam.

Ad exhibendum] i. e. ad intereſſe, quia dolo poſſidere deſiit, qui m. f. conſumſit.

P.640. *Recte ſolvatur*] Probandum enim eſt, ſi decretum non acceſſit, quod pecunia ſoluta in pupilli utilitatem verſa fuerit.

P.641. *Contractus*] Ita in Saxonia & Ducatu Luneburgenſi. In Marchia ad tempus ſolutionis reſpicitur, quod principiis æquitatis magis convenire videtur, de quo fuſe apud Schöpff. *Synopſ. jur. Rom. h. t. n. 10. ſeqq.* Conciliationem v. in *Doctr ff. h. t. §. VI. ſ. qq.*

Suadeat] v. gr. ſi quis ad eum locum propter bellum, aut peſtem pervenire nequeat.

LIB. XLVI. TIT. IV.

De Acceptilatione.

P.643. *Stipulatio*] Stipulatio eſt modus *inducendi* obligationem, acceptilatio vero eandem *diſſolvendi*.

Tutor] Niſi obligationem prius per novationem in ſe transtulerit. Inhæret enim oſſibus pupilli.

P.644. *Verbis*] E. ſi e. g. alter ex emto debebat

hat, hæc obligatio consensualis per Aquilianam stipulationem prius in verbalem erat commutanda, & hoc facto per acceptilationem tolli poterat.

Immobilia] Si v. g. ædes offeruntur, evacuatio earum coram testibus fieri & hoc deinde alteri denunciari debet.

LIB. XLVII. TIT. I.

De Privatis Delictis.

Impunitus] Exempla Autoris ex [L. ad ductis sunt: (1.) si Prætor jus iniquum statuit quidem, sed non est executus; (2) qui operas locavit, ut in scenam prodiret, sed non prodiit: (3) qui sibi legatum adscripsit in testamento, testamentum autem ad perfectionem non pervenit. P. 649.

Remotus] v. g. si quis alterum percutere vult & saltem domi se ad hoc præparat, actus adhuc est remotus: quod si alterum suste jam persequitur, est actus delicto proximus.

Perfeceris] v. g. si quis virginem rapuit, sed ante concubitum iterum dimisit sponte, an vero, quia alii eum persequebantur, &c.

Ecclesiastica] v. *dist. I. h. t.*

Nominata] v. *dist. II. h. t.* P. 650.

Vera] v. *dist. III. h. t.*

Publica] v. *dist. IV. h. t.*

Extraordinarie] De his infra in peculiari titulo agetur.

Mitigatur] v. g. ut in crimine furti minoribus loco suspendii pœna gladii dictetur.

Æterna] Hæc non est vera ratio, quia alias nulli impœnitentes puniri possent. Sed hæc est ratio, quia finis pœnæ, emendatio delinquentis & aliorum, obtineri nequit.

LIB. XLVII. TIT. II.
De Furtis.

P.651. *Conceptum*] Furtum *conceptum* dicebatur, quod facta inquisitione apud aliquem inventum: quod si tunc illud non exhibebatur, erat *non exhibitum*: si quis investigantem in ædibus suis admittere nolebat, erat *prohibitum* furtum. Si quis rem furtivam me inscio in ædibus meis posuerat, erat *oblatum*, quo casu hodie actio injuriarum datur.

Non potest] Quia injuriam involvit.

Manifestum] v. *dist. l. h. t.* ubi in sequentibus reliquæ species cum usu practico explicantur.

P.652. *B. f. possessori*] Hic enim ratione impensarum jus habebat rem detinendi, donec restitutæ illæ fuerint.

Habeat] v. g. depositarius, Commodatarius, Conductor.

Potu-

Putat] Mira decisio, quæ ex regulis P. 653. æquitatis fere invertenda.

Consensurum] Quo nomine ipsi juramentum deferri potest.

Inito] Tunc enim fur non intendit lu- P. 654. crum, uti quidem in actione furti.

Amisit] v. g. depositarius. Si enim hic ne quidem latam culpam præstitit, dolose egisse censetur.

Computare] Rationem dant, quia cre- P. 655. ditori non intercipitur usus, uti quidem conductori, marito, commodatorio, &c.

Desvetudinem] Quia actiones in duplum &c. nunquam in Germania receptæ. Adducit quidem Brunnem. *ad l. 10. ff. h. t. n. ult.* Francofurti pœnam dupli dictatam esse illi, qui vina pignori data clam evacuaverat; sed hoc unicum exemplum ex hypothesi B. Viri originem ducens non facit usum practicum.

Suffocatur] In Saxonia fœminæ etiam P. 656. suspenduntur, Carpz. *Pr. Crim. qu. 82. n. 71.* & idem Hamburgi A. 1702. factum esse testatur Schoepff. *Syn. jur. h. t. n. 56.*

Alit] Si quid in bonis habet. Alias Magistratus alere tenetur, si inquisitorie procedit. Si accusator privatus adest, hic alit.

Punitur] Tunc vocatur *fur inemenda-* P. 657. *bilis*, ein verleumbdeter Dieb.

Requiritur] Extra Saxoniam E. omnia furta computantur & tunc judicatur, an ultra 5. solidos abstulerit fur.

LIB. XLVII. TIT. III.
De Tigno juncto.

Tignum] Supponi debet, tale tignum esse, cujus simile vel plane non, vel admodum difficulter iterum comparari potest.

P. 458. *Fabrum*] Hoc aliter vix admitti potest, quam si faber lignarius ædes extruendas per aversionem conduxit & tigna suppeditat, quod sæpe fieri solet. Si enim dominus tigna suppeditat, tunc certe fabro nihil imputari potest.

LIB. XLVII. TIT. V.
Furti adversus Nautas, Caupones &c.

P. 459. *Quatuor modis*] (1.) ab Exercitore ipso, (2.) ab iis, quos in nave, vel caupona habet, (3.) ope & consilio exercitoris, (4.) ope & consilio eorum, quos ibi habet.

In usu] Quia actiones in duplum &c. notorie non sunt receptæ, quod non ex supposito aliquo DD. sed ex observantia fori deducitur.

LIB.

LIB. XLVII. TIT. VII.

Arborum furtim cæsarum.

Illas species] *Noxalis* enim est solum adjectitia qualitas, qua denotatur, dominum ex facto servi conveniri. P.660.

Tenetur] Præsens enim actio est in duplum & sic pingvior.

LIB. XLVII. TIT. IIX.

Vi bonorum raptorum.

Depradatio] Vocatur etiam stilo Italorum ICtorum *Robbaria*, & Raptores dicuntur *Robbatores*. P. 661.

Deprehensus] Si fortè alter, cujus res rapiuntur, absens est. In effectu tamen idem est, sive sit rapina manifesta, sive non.

Compulsiva] Hic requiritur ablativa.

Vitiosa] Et sic usucapi nequit.

In turba] Si turba citra meum factum orta & ego in ea damnum dedi. P.663.

LIB. XLVII. TIT. X.

De injuriis & famosis Libellis.

Verbalis] v. *Dist. I. b. t.*

Facientes] v. g. negligendo gradus admonitionis. Sic quando Magistratus sine justa causa aliquem realiter citat, aut bona ejus arresto detinet &c. P.664.

Iratus] Ira excusat, si quis illi injuriam infert, qui iræ caussam dedit, non vero si alius.

Erraverit] Quia versatur in facto per se illicito. Aliud E si famulum suum meritum percutere voluerit, & alium liberum hominem percusserit, *v. l. 3. § 4. l. 4. h. t.*

P. 665. Deprecationem] Recantatio enim locum habere nequit, quia contra virginem directo nihil prolatum.

P. 666. Mechanicorum] Imo etiam Studiosorum, qui cum injuriato edere & bibere recusant sæpe, donec ille vindictam ab injuriante sumserit.

P. 667. Citationis] Quemadmodum enim olim judicium coram Judice pedaneo post L. C. demum initium suum habebat: ita hodie exulante judice pedaneo statim post citationem incipit, v. *Programma nostrum de natura L. C. Romanæ & Germanicæ.*

Adsit caussa] v. hic omnino Mev. 3. *Dec. 32.*

P. 668. Necessitate] v. g. si injurians & injuriatus in uno Collegio vivant & sic ratione officii colloqui necesse habeant.

Contra] Vera ratio est, quia hodie Procurator non fit litis dominus, nec pœna in ejus persona executioni datur.

Remissio] Privatum interesse hæc tollit,

lit, non publicum. Sermo hic enim est de tali interesse, prout contextus ostendit. Idem de Retorsione sentiendum.

Manu] Vel *Pulsando*, i. e. leviter percutiendo, vel *verberando*, i. e. graviter. P.669.

Diss. Hahn] Imo Hahnius non dissentit, v. eum *ad Wesenb. h. t. n.18*

Restitutionem] Nota est controversia: an actio ad Palinodiam sit rei persecutoria, an poenalis? Ubi diffiteri non possumus, eam proprie loquendo non esse rei persecutoriam, quia injurians famam auferre nequit. Quia tamen ex opinione hominum aufertur fama, E. etiam ex eadem opinione restitui dicitur, & quia in ejusmodi negotiis opinioni hominum aliquid indulgendum est, E. hoc respectu rei persecutoria dicitur.

Declaret] Hoc quidem in levioribus injuriis procedit, non autem in atrocioribus, de qua materia ex professo egit Finckelth. *Obs.50, n.25.* P.670.

Elective] Quia utraque poenalis est & sic cumulationi non datur locus.

Famosus] v. *diss. III. h. t.* ubi controversia recensita, an requiratur suppressio nominis. P.671.

LIB. XLVII. TIT. XI.
De Extraordinariis Criminibus.

NAtura horum criminum exposita est *dist. I, h. t.*

Exilio

p. 672 *Exilio*] Ex principiis Stoicorum, quibus ICti Romani addicti erant, qui statuebant, animam rationalem nondum adesse, quamdiu partus est in utero humano.

LIB. XLVII. TIT. XII.
De Sepulchro violato.

p. 673. *Proximum*] Quia apud Romanos sepulchra Diis inferis, v. gr. Plutoni, consecrata erant.

Inhabitatorem] i. e. qui ædificium habet in loco, ubi sepulchra sunt, vid. *l. 3, §. 6 h. t.*

LIB. XLVII. TIT. XIII.
De Concussione.

p. 674. *Errore*] e. g. simulato jussu Prætoris. Non E. adhibita externa violentia, in quo differt hic titulus à titulo *Quod metus causa.*

Kopffjagen] Hoc enim non nocet Universitati.

LIB. XLVII. TIT. XIV.
De Abigeis.

Gregem] Decem oves, quinque porcos, ex majoribus vero unum, v. g. unum equum, unum bovem, &c.

LIB.

LIB. XLVII. TIT. XV.

De Prævaricatione.

F*Acit Advocatus*] Hæc verba ex *l. 1.* §. *1.* P.675.
h. t. ita explicanda : Advocatus si in publico, aut privato judicio prævaricetur (licet improprie) extra ordinem punitur.

LIB. XLVII. TIT. XIIX.

De Effractoribus & Expilatoribus.

E*Xpilario*] Expilatores dici putat Go- P.677
thofr. *ad l. 1.* §. *1. h. t.* quia ne pilum quidem hominibus relinquunt, unde hoc furtum aliis gravius esse sine dubio dicitur in *l. 16.* §. *6. ff. de poen.*

LIB. XLVII. TIT. XXII.

De Collegiis & Corporibus.

T*Res*] Imo & duæ, si Principi ita placue- P.679.
rit. Sic Collegium Medicum Hallense ex duabus saltem personis constat.

Illicita] v. g. Collegia Musica. Possunt P.680.
hæc quidem licita dici ratione *evitandæ poenæ*, sed non ratione *consequendi lucri*, v. gr. ut tale Collegium heres instituatur.

Dissolvitur] Si Collegæ nihil illiciti quidem

dem hactenus commiserunt, metus tamen adest, ne illud futuro tempore fiat.

LIB. XLIIX. TIT. I.
De Publicis judiciis.

De differentia inter actiones populares & publica judicia v. *dist. l. h. t.*

Litis contestatio] i. e. non nascitur hic quasi contractus ex responsione Rei, ut deinde heredes teneantur, quod fit in actionibus privatis.

P.681. *Fama*] Hic E. non obtinet vulgatum; Wo kein Kläger ist, da ist auch kein Richter.

LIB. XLIIX. TIT. II.
De Accusationibus & Inscriptionibus.

Æque interest] v. g. si duo Cognati æque proximi necem defuncti vindicent.

Eligit] Cujus scil. magis interest, vel qui dignior & a præsumtione calumniandi remotior.

P.682. *Pauperes*] Quia enim olim Accusatoribus certum præmium dabatur, hinc potius spe lucri, quam amore detegendæ veritatis accusare videntur.

Legati] Distinguunt: an Legatus deli-que-

quærit contra officia *hominis*, v. g. occidendo, adulterium committendo, &c. tunc ex moribus Gentium ad Principalem suum remittitur, ut ibi puniatur; an vero officia *Legati* violaverit, v. g. contra principem, ad quem missus est, conspirando, tunc privilegia omnia cessant & puniri potest.

Una] scil. Lege. E. si quis commisit homicidium & stuprum, tunc propter prius solum accusatur. *P.683.*

Adstringitur] Tempore Impp. Tiberii, Vitellii & Domitiani delatores dimidium mulctæ ex L. Pappia accipiebant, tempore Neronis quartam partem, unde *Quadruplatores* dicti. Erat tunc maximus delationum abusus, nam ebriorum sermo excipiebatur, simplicitas jocantium & quodcunque dictum capite & fortunis luebatur. Deinde vero Vespasianus & Titus, Antoninus Pius, Opilius Macrinus, Trajanus & alii maximo odio prosecuti sunt hoc hominum genus, quemadmodum etiam Domitianus eosdem tandem aversatus est, v. Alex. ab Alex. *Dier. gen. l.4. c.22.* Salmuth *ad Pancir. de nov. repert. l.2. tit.2.* Brisson. *select. ex jur. civ. antiqu. l.3. c.17.* Reprimendæ E. ejusmodi hominum audaciæ inventa creditur inscribendi necessitas.

LIB.

LIB. XLIIX. TIT. III.
De custodia & exhibitione, reorum.

P.684. *Reversalibus*] In quibus duo præcipue continentur (1.) quod hæc remissio alterius jurisdictioni præjudicare non debeat, & (2.) quod in pari casu idem observare velit Judex, cui remittitur delinquens. Hic etiam omnes expensas judici remittenti restituere debet.

P.685. *Transeuntis*] v.g. in adulterio, incestu, &c.

Indicia] v.g. suspecta conversatio, amplexus, oscula, &c.

Fœmina] Quam legem specialem Theodora Justiniani uxor procuravit, ut dicunt.

Tolerabilis] Tria requiruntur ad carcerem tolerabilem (1.) ut lumen eum intret, (2.) ut carceratus erectus stare possit, (3.) ut locus non sit humidus & sanitati nocivus.

LIB. XLIIX. TIT. IV.
Ad L. Jul. Majestatis.

P.686. *Feloniam*] Si scilicet Vasalli non simul sunt subditi, si vero simul sunt subditi, tunc omnino committunt crimen læsæ Majestatis.

Labefactandæ] v.g. per seditionem, prodi-

tionem, item si quis milites privato ausu conscribat & reliqua jura Majestica usurpet.

Variis] Sed olim quoque maximus hic *P.687.* suberat abusus, qua de re singularia exempla adfert Gothofr. *ad l.4.h.t.*

Cudendo] Item si quis jurisdictionem, jus venandi & reliqua Regalia minora sine concessione superioris usurpat.

Destruuntur] Præcipue si in iis conventicula contra securitatem publicam celebrata.

Adoptivos] Quoad hos non adest tantus metus, ne injuriam paternam vindicent, quia a Patre non ducunt sanguinem. Idem in naturalibus, quippe qui etiam dignitatem paternam non sequuntur, & sic Patrem ita non diligunt, ut legitimi.

Nepotes] In his etiam vindictæ cupidi- *P.688.* tas non ita præsumitur, quia factum non amplius est recens, sed jam obliteratum.

Capitis] Præcipue in crimine falsæ monetæ.

LIB. XLIIX. TIT. V.
De Adulteriis coercendis.

Simplex] De pœna diversorum horum delictorum fuse actum est in *Us. pract. ff.h.t. Dist. I.*

P.689. *Indubitata*] v. g. si Maritus per duos annos absens fuerit, & Uxor tamen post annum, ex quo Maritus absens fuit, partum ediderit.

Extraordinaria] si scil. alter ex adulteris absit, ut ejus confessio haberi nequeat.

P.690. *Variat*] v. omnino *d. Dist. I b. t.*

Remotiores] Quia enim hic civiliter saltem agitur, E. probationes luce meridiana clariores non requiruntur.

P.691. *Hodie addendum*] Quia jure Civili maritus cum soluta concumbens tantum stuprum committit.

Abscissione] Quod hodie infrequens.

Voluntarium] v. *Dist. III. h. t.*

P.692. *Sodomia*] v. *Dist. IV h. t.*

Fornicatio] v. *dist. II. h. t.*

Tutoribus] Hoc non de jure communi, sed pœna fustigationis.

LIB. XLIIX. TIT. VI.

Ad L. Jul. de Vi publica.

P.693. *Publica*] v. *dist. I. h. t.*

Fracta pacis] v. *dist. II. h. t.*

LIB. XLIIX. TIT. IIX.

Ad L. Corn. de sicariis.

P.695. *Conditionis*] E. hic inter servos & liberos nulla est differentia.

Atro

Atrocissimum] ob clandestinas insidias, P.696.
a quibus nemo cavere potest.

Remotum] v.g. si Latro aliquem insecu- P.697.
tus sit, eum tamen apprehendere non potuerit.

Offensio] Et quod offensus sine periculo P.698.
aufugere, vel aditum alteri præcludere non potuerit.

Negat] Novissime etiam Dn. Thomasius *in Disp. de Crimine Magia*, conf. Bekkers bezauberte Welt.

Magicis artibus] Huc pertinet das Käse schreiben / Siebe lauffen lassen / Cristallen sehen / &c.

LIB XLIIX. TIT. IX.

De L. Pompeja de Parricidis.

PRoprium] v. *Dist. I. h. t.* ubi de diversa P.699.
pœna & hodierno usu, præcipue Saxoniæ.

Corrigente] Modo non excedatur modus licitus, alias enim pœna extraordinaria locum habet.

Irreparabile] v.g. si quis graviter vulne- P.700.
ratus & per consequens mutilatus.

Remotum] v.g. si solum insidiæ structæ, sed sine effectu.

LIB. XLIIX. TIT X.
De L. Corn. de Falsis.

PRæjudicium] Alias enim veritatem immutare sine peccato licet. Hinc Distinctio Moralistarum recentiorum inter mendacium & falsiloquium.

P. 701. *Faciat*] v. g si ex eo capite præcedentiam prætendat.

Baptizari] quod facere solent Cingari, die Zigeuner / item Judæi noviter conversi, s. potius perversi.

Resolvendo] Hoc enim tendit in præjudicium publicum & in detrimentum commerciorum. Minorem enim monetam exteri accipere recusant, cum ut plurimum bonitas ejus intrinseca admodum exigua sit.

P. 702. *Dupli*] Si venditor, aut emtor mensuras publice probatas corruperit.

Exceptio] Si alter petat, quod ego per ipsius falsum inductus promisi.

Integrum] Civilis, non Prætoria, v. *supra p. 74.*

LIB. XLIIX. TIT. XI.
De L. Jul. Repetundarum.

POst officium] Male enim ageret, ob spem lucri & sic dispositio Legis eluderetur, quod

quod præcipue ad Magistratus & Judices Romanorum temporarios pertinet.

LIB. XLIIX. TIT. XIII.
Ad L. Jul. Peculatus &c.

Religiosa] v. g. si quis ornamenta defunctorum aufert, quamvis hoc proprie ad tit. de sepulchro violato pertineat, v. *l. 5. C. de sep. viol. ibique Brunn.* P.703.

Tres sunt] (1.) si res sacra ex loco sacro (2.) si res sacra ex loco profano, & (3.) si res profana ex loco sacro aufertur.

Extenditur] In Saxonia in primo casu est pœna rotæ, in reliquis furti, Struv. *Ex. 49. th. 78.* Alibi indistincte fure pœna furti. P.704.

LIB. XLIIX. TIT. XIV.
De L. Julia Ambitus.

Crimen] Ita in Rep. Democratica, ubi Candidati vota coemebant, quod libertati damnosum videbatur. Secus in Rebuspublicis Monarchicis & in ipsa Romana tempore imperatorum, quod ex *l. un. C. de suffrag.* patet. Hodie non solum in Gallia, sed etiam in aliquibus Germaniæ locis, v. g. Hamburgi, plurima officia publice venduntur.

Simonia] Sic dicta à Simone Mago, de quo v. *Actor. 8. v. 18 & 19.* qui potestatem conferendi Spiritum S. (& sic donum mere spirituale) per impositionem manuum ab Apostolis emere volebat. Hodie si quis ad Clericatum dato pretio adspirat, potius Crimen ambitus, quam Simonia dici meretur, quia non agitur de ejusmodi donis mere spiritualibus. Ars concionandi enim hodie est ars humana, unde peculiares libelli extant, v. gr. die Leipziger Prediger-Kunst 2c.

LIB. XLIIX. TIT. XVI.
Ad SC. Turpilianum & de abolitionibus Criminum.

P.705. *Calumniando*] v. *dist. l. h. t.*
Specialis] v. *dist. II. h. t.*

P.706. *Abolitio*] In hoc sensu hodie capitur vocabulum abolitionis, qui tamen a sensu juris Romani plane diversus, vid. *d. dist. II. h. t.*

LIB. XLIIX. TIT. XIIX.
De Quæstionibus.

Interrogatio] Unde dicitur die scharffe Frage.

Rejicitur] Operose contra Torturam dispu-

disputat Joh. Grevius *in Tribunali Reformato*, quem sequitur Anton. Matthæi *in tract. de Crimin. ad lib. 2. Cap. 5*. Ex Grevio etiam multa desumsit Bernhardi *in Disp. de Tortura ex foro Christianorum proscribenda, sub Præs. Dn. Thomasii habita.*

Non faciunt) Hic potius legendum: *Hac faciunt ad torturam, sed non ad condemnationem.* Licet enim verum sit: Virgo est prægnans, E. stupri rea, & hac ratione stupri ad condemnationem procedi possit, ea tamen quæstio non est hujus loci, quia hic tale delictum supponendum, quod pœnam corporis afflictivam mereatur & in quo per consequens torturæ locus, quale non est stuprum. Si E. accusatur Virgo prægnans de incestu, vel adulterio commisso, tunc non sufficit ad condemnationem, quod prægnans sit. P. 707.

Nationem) Sic v. g. Itali ob delicta carnis sunt suspecti. Hæc tamen indicia remotissima sunt & nullius fere momenti.

Ipso delicto) v. g. se vidisse, quod Titius Cajum gladio interfecerit. P. 708.

Affectu) i. e. non ex odio erga nominatum, qui forsan ipsius inimicus est.

Concurrant) E. sola lactis deprehensio non sufficit, cum Laurenberg *in Acerra Philologica* exemplum afferat, quod etiam in juvenis cujusdam, item in capri mammis lac deprehensum fuerit. Rubrica Hi-

riæ apud Laurenbergium est: Jungfer-Milch/Männer-Milch/Bocks-Milch.

Fluxio] Vocatur das Bahr-Recht a feretro der Todten-Bahr/cui cadavera imponi solent, v. Finckelth. *Obs. 68. per tot.*

P. 709. *Incendii*] Si quis clandestine & occulte præparaverir igneas faces, vel tela ignea, vel alia fomenta succendentia, quæ commode immitti possunt in ædes & paulo post incendium exorrum sir.

Proditionis] Hominis scil. privati: Tale indicium est, si quis furtim præter morem & quidem dolose intraverit domum ejus, qui postea proditus est, & nihilominus hactenus prætenderit, sibi ab eo insidias structas fuisse.

Monetæ] si instrumenta apud aliquem deprehendantur, quæ in cudenda moneta adhiberi solent, v. g. Schmeltz-Tiegel/Schraub-Stöcke/&c.

Proximo] v. g. se vidisse inquisitum apud occisum stantem, gladio sanguinolento.

Vixerit] Unde in Const. Criminali semper requiritur, daß es eine Person seye/ zu welcher man sich der That versehen könne.

P. 710. *Persona*] An scil. sit homo robustus, an debilis.

P. 711. *Torqueri*] Ita tamen, ut ultra territionem realem, vel primum Torturæ gradum vix procedatur.

LIB.

LIB. XLIIX. TIT. XIX.

De Pœnis.

Conventionalis] v.g. der Reukauff in emtione venditione. P.713.

Testamentaria] v. supra *tit. de his, quæ pœnæ causa relinquuntur.*

Interesse] Quæ ad duplum vel quadruplum tendebant. Hodie unicum superest exemplum in materia de injuriis, quando æstimatorie agitur.

Defossio] Hæc pœna in *C. C. art. 131.* illis dictitatur, qui infantes suos occiderunt. Hodie tamen vix adhibetur, ut deinde Autor ipse monet. P.714.

An Haut und Haar] Originem hujus denominationis tradit *Glossa ad art. 13. l. 2.* Sächs. LandR. Man schläget / inquit, einen zur Staupen und windet ihm die Haar mit einem Kluppen / oder Knebel / aus dem Haupt. Verosimilius tamen est, quod additur: Etliche sagen / daß die Zeit / alß das Recht gegeben worden / haben die Sachsen lange Haare getragen / und da habe man die Diebe pflegen zu bescheren / also daß man sie kennen und sich vor ihnen hüten möchte.

Non est] Unde apud Saxones, quando habetur das Hochnothpeinliche Halß-Gericht brevi ante executionem, Carnifex P.716.

salvum conductum petit in eum casum, da ihm seine Kunst nicht gelingen solte.

A Principe] v. g. ob insigne artificium quod callet delinquens. &c.

Judice] Si circumstantiæ concurrentes quadantenus à dolo excudant.

Lege] v. g. Propter iram, personæ qualitatem, unde jure Justinianeo fœminæ à pœna ordinaria adulterii excusabantur.

LIB. XLIIX. TIT. XX.
De bonis Damnatorum.

P.717. AD 3. *gradum*] Hodie nulla confiscatio obtinet, sive cognati intra talem gradum adsint, sive non, solo Perduellionis crimine excepto, v. quos citat Brunnem. *ad Auth. Bona damnatorum. C. de bon. proscript.*

LIB. XLIIX. TIT. XXI.
De bonis eorum, qui ante sententiam &c.

VAlent] Quia bona confiscantur jure Romano. Hodie valent

LIB. XLIIX. TIT. XXII.
De Interdictis, Relegatis & Deportatis.

P.718. PRivatim fit] Tunc pronunciari solet,

Es werde dem Inquisiten angedeutet/daß er sich in Zukunfft dieser Landen enthalten und sich darinnen bey Vermeydung ernstl. Straffe nicht ferner betreten lassen solle. Respondet huic *Consilium abeundi* in Academiis consvetum, quod Relegationi publice affixæ opponitur.

Additum] Ita secundum Jus Rom. Hodie cessante confiscatione hoc fieri nequit.

Famosum] *v. supra p. 63. ibique not.*

Cognata] Bannum huc pertinet, quia tunc bona confiscantur. Fustigatio autem non nisi quoad jura personalia, immunitates, munera, &c. non vero quoad bona, quæ non confiscantur.

LIB. XLIIX. TIT. XXIII.

De sententiam passis &c.

Justitia] *v. dist. l. h. t. & dist. l. sub tit. de restit. in integrum.*

LIB. XLIX. TIT. I.

De Appellationibus & Relationibus.

Informatione] v. g. quod appellatio intra decendium interponi & intra certum termi- P.719.

terminum apud superiorem introduci debeat, &c.

P. 720. *Individua*] v. *supra p. 82. in f.*

Contumaces] Nisi probare velint, se justa habuisse impedimenta & per consequens ad contumaciæ purgationem se offerant.

P. 722. *Criminalibus*] Acriter super hac quæstione olim decertatum inter Oldekoppium, qui affirmavit, & Carpzovium, qui negavit appellationi locum esse.

Carpzovii sententia vera est quoad Cameram Imperialem & Saxoniam, Oldekoppii autem procedit in multis locis extra Saxoniam.

P. 723. *Major summa*] Elector Brandenb. hodie habet Privilegium usque ad 2500 flor. aur.

Ex petitione] Hoc erroneum, quia non in petitione, sed in condemnatione gravamen habetur.

Habeat] Et illa à Judice sine justa causa rejiciatur. Alias enim opinio Autoris æque est erronea, quam ea, quam supra de excusatione Tutorum proposuit p. 472.

Interpositio] v. *dist. II. h. t.*

Biduum] Si quis ipse egerat.

Tri-

Triduum] Si quis per Procuratorem egerat.

Modeste] Inde formula Advocatorum: *P.724.* salvo honore judiciali, quæ tamen non excusat, si appellans verba per se injuriosa proferat.

In scriptis] Quod in praxi non adeo accurate observatur.

Honestis Viris] Quod extra usum, quia Notarii in copia adsunt.

Ejus species] v. omnino *Diss. I. b. c.*

Illatum] Quod fieri potest in Grava- *P.925.* mine per sententiam interlocutoriam illato, non in eo, quod ex definitiva provenit, *v. supra p. 579 in f.*

1. 2 & 5.] Legendum *2. 3. & 5.*

Sententiam] E. fatale interponendæ appellationis, i.e. decem dies connumerantur.

VI. Mensium] Hodie IV. mensium, Textor *ad R. I. noviss. Disp. XI th. 65. & 67.* Et notandum, quod hodie in introductione Gravamina simul deduci debeant, *R. I. noviss.* §. zu Beförderung des Processes.

Observatur] Quia hodie appellationes *P.726.* sunt immortales: Inde olim dicebatur: Spiræ lites spirant, sed non exspirant, quod & hodie de Wetzlaria, imo sæpe etiam de Judiciis Provincialibus verum.

Forma speciei] i.e. interpositæ & introductæ Appellationis, item petitionis Apostolorum.

Obser

P. 727. *Observatur*] Jurandum tamen est, Er habe von solchem neuen Beweise entweder nichts gewust, oder nicht nöthig geachtet/ sich desselben zu bedienen.

Petant] Tunc ipse Appellans attentare dicitur.

Factionis Dux] In his exemplis supponendum, crimen adeo evidens esse, ut nulla causa appellationis supersit. Sed hoc in applicatione admodum difficile est.

P. 728. *Non comparuit*] Sed quid si justa impedimenta docere & sic moram purgare velit? Tunc sane iterum difficulter applicari poterunt hæ regulæ.

Contra jus] Quia Principalis sibi imputare debet, quod talem Procuratorem elegerit.

Deputatis] Deputantur hi Revisores a statibus Imperii. Sed hoc judicium Revisorium jam per seculum & ultra dormit.

Procedit] Quod Leuteratio intra decendium interponi debeat, & æque effectum suspensivum habeat, ut appellatio.

LIB. XLIX. TIT. XIV.

De Jure Fisci.

Homonymiam] In citatis textibus vox *ærarium* adhibetur loco fisci. *c. P.729.*

Multi] Imo omnes Status Imperii.

Ex Codicillo] Quatenus enim ultimæ voluntatis declaratio defuncti adest, eatenus Fiscus succedere nequit, quippe cujus successio est ab intestato. *P.730.*

Indigno] *v. supra tit. de his, quæ ut indignis.*

Compensatio] Scil. intuitu Tributorum, bene in debitis aliis, si eadem statio debeat, *v. tit. de Compensat.*

Satisdare] Exemplum est in *tit. Ut Legat. seu fideicommiss. serv. causa cav. p. 532.*

Utcunque] i.e. sive emtor fraudis fuerit particeps, sive non. Aliter supra *p. 590.*

Privatum] Quæ vocantur Chatoul-Güther. *P.731.*

Diminutione] e. g. Si contra Fiscum pronunciatum fuit, sententia intra triennium retractari potest, *l. un. C. de sent. advers. fisc.*

LIB. XLIX. TIT. XV.

De Captivis & Poſtliminio, &c.

A ſingulis] Poſtquam Respublicæ conſtitutæ, ſinguli ut ſinguli non acquirunt, niſi ex permiſſione Principis.

Latronibus] Latrocinia olim vocabantur bella a populis barbaris ſine prævia denunciatione bellica ſuſcepta, quo pertinent invaſiones Gothorum, Hunnorum, Vandalorum, &c. v. Jac. Thomaſii *Diſp. de Latrocinio Gentium in Gentes.*

Parcendum] Ex regulis humanitatis, non vero ſecundum rigorem juris belli.

P. 732. *Occupatum*] Jus tamen petendi debitum eſt occupatum. Leges ab Autore pro ſua ſententia allegatæ nihil probant, prout evolventibus patebit. Nec obſtat, quod actiones ſine ceſſione non transeant in alium, ceſſio autem hic deficiat; Reſp. hanc eſſe meram ſubtilitatem & præterea tantum ad eos pertinere, qui in ſtatu pacato vivunt, non autem ad eos, qui in hoſtili ſunt, hi enim quia per *occupationem* acquirunt, invito etiam altero, ceſſione aut alio titulo opus non habent.

Ceſſio

Cessio supponit præcedentem contractum, hostes autem per modum contractus a se invicem non acquirunt. Cum E. hosti in hostem omnia liceant & bellum sit legitimus modus decidendi controversias inter summos Principes, hinc non video, quare hostis post occupationem chirographi pro titulato ejus possessore haberi nequeat. Res enim post talem occupationem non amplius est aliena intuitu occupantis, sed propria, idque jure permittente.

Territorii] Illius scilicet, quod extra partes est, Das neutral ist.

Civili] Quod subditi ejusdem Principis inter se gerunt, ad hos enim jus belli non spectat.

Pertinet] Quicunque habet jus belli gerendi, ad eum omnia spectant, quæ in bello acquiruntur, sive sint personæ, sive res, sive mobiles, sive immobiles. Quod autem personæ & res mobiles interdum militibus relinquantur, illud saltem ex regulis prudentiæ fit, ut eo alacriores reddantur.

Omnia jura] E. filius ab eo momento *P. 753.* habetur pro Patrefamilias & sic omnibus juribus fruitur.

Parentum] Patris, non Matris.

Reversa] Hæc verba non pertinent ad *res*, de immobilibus enim dici nequit, quod revertantur, mobiles vero non habent jus postliminii. Pertinent E. ad *personas captas*, prout ex allegatis LL. apparet.

P.734. *Singularia*] v. g. quod donatio ultra 500. solidos valeat sine insinuatione: quod conjux conjugi ad suam redemtionem donare queat, &c.

Adit] Ratio dubitandi erat, quia talis redemtus servus esse videbatur, servus autem non adit. Sed resp. Neg. quod sit servus.

LIB. XLIX. TIT. XVI.

De Re militari.

R*Ecensentur*] Ad bestias damnati, vel qui in Insulas deportati aufugerunt, Qv. An etiam ille, qui cum uno testiculo natus? Aff. in *l. 4. pr. h. t.* quia duces Sylla & Cotta eodem habitu naturæ fuisse leguntur.

LIB.

LIB. XLIX. TIT. XIIX.

De Veteranis.

Honesta] Usum hujus distinctionis habuimus *p. 501. E.*

LIB. L. TIT. I.

Ad Municipalem & de incolis.

Nascuntur] Hodie civis filius non est civis, quamvis in eo Privilegium habeat; quod minor pecuniæ summa ab eo exigi soleat, si in numerum civium recipitur, modo natus sit, postquam Pater jus civitatis jam adeptus erat, alias enim pro extraneo habetur. *P.735.*

Von Juden] Olim Judæi eorumque receptio a solo imperatore dependebat, unde Judæi vocabantur Kayserl. Cammer-Knechte / sed hodie singulis Statibus hoc jus competit, vid. Rhetii *instit. jur. publ. l. 1. tit. 4. §. 61.*

Pfalbürgern] De quibus specialem tractatum edidit Wencker *de Pfalburgeris, Usburgeris & Glevenburgeris.*

P.736. *Incolæ*] De differentia inter *Cives*, *Incolas* & *forenses* v. *dist. I. b. t.*

LIB. L. TIT. II.

De Decurionibus & filiis eorum.

Contra] Olim Decurionatus onus erat, quod subterfugiebant homines, unde etiam spurii per oblationem Curiæ legitimari poterant, quæ omnia hodie secus se habent.

LIB. L. TIT. IV.

De Muneribus & Honoribus.

P.737. *Personale*] v. *Dist. I. b. t.*

Conciliant] v.g. Duumviratus, Decurionatus &c. De usu Distinctionis inter munus publicum & privatum *v. Dist. II. b. t.* de honoratis & inhonoratis, *Dist. III.*

Ordinarium] v. *dist. IV. b. t.*

Personæ operam] Pertinent huc *decaproti* & *Icosaproti* ex *l. 18. §. 26. & 27. ff. b. t.* qui non solum tributa & annonam exigunt & sic corporale ministerium præstant, sed & residua solvere, imo etiam annonam exigen-

gentes desertorum prædiorum damna sustinere coguntur. Possent his comparari in nonnullis locis bey dem Erb-Pacht Præfecti illi, qui in qualibet Præfectura degunt & non solum canonem annuum a Rusticis exigunt, sed etiam, ut fertur, ad reliqua tenentur.

Facultas] Ad facultates præcipue respici solet, quando administratio redituum publicorum alicui concreditur, an scilicet solvendo sit, ut civitas in eventum regressum contra eum instituere queat. P.718.

LIB. L. TIT. V.

De Vacatione & excus. mun.

Publicam legem] In *l. 12. C. de excus. mun.* excipiuntur a sordidis muneribus Cubicularii Principis & Excubicularii, Consistoriani Comites, &c. quæ omnia hodie a Principis voluntate dependent.

XL. annorum] Hodie communiter præscriptionem immemorialem exigunt. P.730.

Egreditur] v. *supra p.10.* ibique notata.

P.740. *Appellationem*] Post rejectam allegationem immunitatis, antea enim non adest gravamen.

Querela] Recte. Sed aliter sentiebat Autor supra *p. 472. inf.*

LIB. L. TIT. IIX.

De Administratione rerum ad Civitatem pertinentium.

P.741. Hic generalis regula observanda: Quicquid juris est in Tutoribus & Curatoribus Minorum, illud quoque in Administratoribus Civitatum obtinet. Civitates enim & Minores communiter eodem jure utuntur, quod passim in ff. occurrit.

LIB. L. TIT. IX.

De Decretis ab ordine faciendis.

Ad utilitatem] Sic possunt condere Becker/ Brauer/ Fleischer-Ordnungen/&c. non vero de solennitatibus in testamentis, vel contractibus disponere potest

poteſt Ordo Senatorius ſine Principis confirmatione.

LIB. L. TIT. X.

De Publicis operibus.

Seditionis] E. muros de novo extruere nequit Civitas ſine Principis conſenſu. *p. 742.*

Suo ſumtu] Accedente tamen conſenſu Principis.

LIB. L. TIT. XI.

De Nundinis.

Hebdomadales] v. *diſt. l. h. t.*

Minus ſolennes] Securitas tamen accedendi & recedendi ultra Principis, qui nundinas inſtituit, territorium non extenditur. *p. 742.*

LIB. L. TIT. XII.

De Pollicitationibus.

Specialis ratio] Talis ratio ſpecialis in *cit. l. 3. §. 1. h. t.* non invenitur.

Solius

Solius] Scilicet sine acceptatione alterius.

Promisit] Sed quid si opus facere deinde recuset? Tunc omnino ad pecuniam conveniri posse videtur, ex natura obligationis ad factum in pactis.

LIB. L. TIT. XIII.

De Extraordinariis cognit. &c.

P.744. *Magistratus*] i. e. Prætor, ita ut causam non remitteret ad Judicem pedaneum.

Constitutionis] v. *Dist. I. h. t.*

FINIS.

